

Cod. lat.
8201

Cod. c. pict. 9

Cimel. 171.

Steine	äußere	Einfassung	4
	innere	"	38
	in Mitte	"	3
			45

Sept. 1958 nur 37 Steine
Jäckel

3.

He reliquie in hoc libro sunt recondite.
De spinea corona xpi. De lapide dni. De presepio dni. De lapide in quo crux xpi fuit. De ossibus in lapide diuersis. De leum sancte Marie. Aplorum. De baculo sci petri. De cruce s. Andree. Bartholomei apli. Martirum. De decem milium militum et martirum. Bonifacij mris. Magni mris. Sauini epi et mris. Confessorum. Anastasij epi. De costa s. Bndicti. De costa s. Vitonis. Virginum. De cilicio s. magdalene. Katherine v. et mris. Barbare v. Dorothee v. Ursule v. Undecim milium v. De uestimento Anne. s. Agnetis. Clementie v. Corone v. et mris. Aufrede v. et mris. Preclare v. Uerene v. Floriane v. Valerie virginis.



Christi milleno C quatuor anno quindeno
Abbas hic petrus uuiamie celico fretus
Ctuias ad honorem xpi matrisque decorem
Michahelis angli nostri pris et Benedicti
Hunc scribi iussit librum cui propicius sit
Deus. decentiu pictura discolorari.
Insignem gemmis reliquijs quoque sanctis
Dunenā sceleris tempus salubreque dierū
Que ds sit dicet penas tectus ut tutus inter
Cuius libri decor legentis aperiat cor.
Ut que sunt sursum per celestem sapiat cum
Librum tollentem anathematis xpe torrentem
Iudeas haurire iehenneque flammas in ire.

1415

ad Pez Thes. anecd. I p. XLIX

BIBLIOTHECA REGIA MONACENSIS

Ad Abbatiam Mellicensem



Incipit ewangelium · Secundum matheum ·
Liber generacionis ihū xpī · filii dauid · filii abra
ham · Abraham genuit yſaac · yſaac autē genuit
iacob · Iacob autē genuit iudā et frēs eius Iudas
autem genuit phares et zara de thamar · Phares aūt
genuit eſrom : eſrom autem genuit aram · Aram aūt
genuit aminadab · aminadab autem genuit naa
ſon · Naaſon autē genuit ſalmon · Salmon autem
genuit booz de rachab · Booz autē genuit obed ex ruth · Obed autē
genuit ieſſe · Ieſſe autē genuit dauid regem · Dauid autē rex genuit ſa
lomonem ex ea que fuit urie · Salemon autē genuit roboam · Roboam
autē genuit abiam · abia autem genuit aſa · Aſa autē genuit ioſa
phat · Ioſaphat autem genuit ioram · Ioram autem genuit oziam · Ozias
autē genuit ioatham · Ioatham autē genuit achas · Achas autem
genuit ezechiam · ezechias autem genuit manaſen · Manaſes autem
genuit ammon · Ammon autem genuit ioſiam · Ioſias autē genuit
iechoniam et frēs eius : in tranſmigracione babylonis · Et post trāſ
migracionē babylonis : Iechonias genuit ſalathiel · Salathiel autē
genuit zorobabel · zorobabel autē genuit abiud · abiud autē
genuit eliachim · eliachim autē genuit azor · Azor autē genuit ſadoch
Sadoch autem genuit achim · achim autem genuit eliud · eliud aūt
genuit eleazar · Eleazar autē genuit mathan : Mathan autem
genuit iacob · Iacob autē genuit ioſeph uirū marie · De qua natus eſt
ihūs qui uocatur xpūs · Omnes ergo generaciones ab abraham
uſqz ad dauid generaciones xiiii · et a dauid uſqz ad tranſmigraci
onem babylonis : generaciones xiiii · et a tranſmigracione babylo
nis uſqz ad xpm generaciones xiiii · I · Xpi geneno autem ∴ gnacio
ſic erat cum eſſet deſponſata mater eius maria ioſeph · ante quā

BIBLIOTHECA REGIA MONACENSIS

conveniret inventa est in utero habens de spiritu sancto. Ioseph autem vir eius cum esset iustus et nollet eam
ea traducere: voluit occulte dimittere eam. Hec autem cogitante: ecce angelus domini in sompnis apparuit ei
dicens. Ioseph fili david: noli timere accipe mariam coniugem tuam. Quod enim in ea natum est:
de spiritu sancto est. pariet autem filium: et vocabis nomen eius ihesum. Ipse enim salvum faciet populum suum
a peccatis eorum. Hoc autem totum factum est. ut adimpleretur quod dictum est a domino per prophetam dicentem.
Ecce virgo in utero habebit: et pariet filium: et vocabunt nomen eius emanuel. quod est interpre
tatum nobiscum deus. Exurgens autem ioseph de sompno fecit sicut precepit angelus domini. et acce
pit coniugem suam et non cognoscebat eam donec peperit filium suum primogenitum et vocavit nomen eius ihesum.
c. 2. Cum ergo natus esset ihesus in bethleem iude in diebus herodis regis. ecce magi ab oriente venerunt ·ii·
ierosolimam dicentes. Ubi est qui natus est rex iudeorum? Vidimus enim stellam eius in oriente. et
venimus adorare eum. Audiens autem herodes rex turbatus est: et omnis ierosolima cum illo. Et con
gregans omnes principes sacerdotum. et scribas populi. sciscitabatur ab eis ubi christus nasceretur. At illi dix
erunt ei in bethleem iude. Sic enim scriptum est per prophetam. Et tu bethleem terra iuda nequaquam mini
eum ma es in principibus iuda. Ex te enim exiet dux. qui regat populum meum israel. Tunc herodes clam vocatis magis.
diligenter didicit ab eis tempus stelle. que apparuit eis. Et mittens illos in bethleem: dixit. Ite: et in
terrogate diligenter de puero. Et cum inveneritis renunciate michi. ut et ego veniens adorem eum.
Qui cum audissent regem abierunt. Et ecce stella quam viderant in oriente. antecedebat eos: usque dum
veniens staret supra ubi erat puer. Videntes autem stellam gavisi sunt gaudio magno valde. Et in
trantes domum. invenerunt puerum cum maria matre eius. Et procidentes adoraverunt eum.
Et apertis thesauris suis. obtulerunt ei munera. aurum. thus. et mirram. Et responso accepto in som
nis ne redirent ad herodem per aliam viam reversi sunt in regionem suam. Qui cum recessissent.
ecce angelus domini apparuit in sompnis ioseph dicens. Surge et accipe puerum et matrem eius et fu
ge in egyptum. et esto ibi usque dum dicam tibi. Futurum est enim. ut herodes querat puerum ad per
dendum eum. Qui consurgens accepit puerum et matrem eius nocte: et secessit in egyptum: et erat ibi
usque ad obitum herodis. Ut adimpleretur quod dictum est a domino per prophetam dicentem. Ex egypto vo
cavi filium meum. Tunc herodes videns quod illusus esset a magis. iratus est valde. Et mittens occi
dit pueros omnes qui erant in bethleem. et in omnibus finibus eius. a bimatu et infra. secundum tempus
quod exquisierat a magis. Tunc adimpletum est quod dictum est per ieremiam prophetam dicentem. Vox in rama
multus audita est. ploratus et ululatus. Rachel plorans filios suos et noluit consolari. quia non sunt.
Defuncto autem herode: ecce angelus domini apparuit in sompnis ioseph in egypto dicens. Surge et
accipe puerum et matrem eius. et vade in terram israel. Defuncti sunt enim: qui querebant animam
pueri. Qui consurgens accepit puerum et matrem eius: et venit in terram israel. Audiens autem quod
archelaus regnaret in iudea pro herode patre suo: timuit illo ire. Et ammonitus in sompnis. secessit in
partes galylee. Et veniens habitavit in civitate: que vocatur nazareth. Ut adimpleretur quod
dictum est per prophetas. quoniam nazareus vocabitur. ·iii·
c. 3. In diebus autem illis: venit iohannes baptista predicans in deserto iudee et dicens. Penitentiam agite.
appropinquabit enim regnum celorum. Hic est enim de quo dictum est per ysaiam prophetam dicentem. Vox clama
ntis in deserto: parate viam domini: rectas facite semitas eius. Ipse autem iohannes habebat vestimentum
de pilis camelorum: et zonam pelliciam circa lumbos suos. Esca autem eius erat locuste: et mel silvestre.
Tunc exibat ad eum ierosolima: et omnis iudea: et omnis regio circa iordanem. Et baptizabantur
in iordane ab eo: confitentes peccata sua. Videns autem multos phariseorum et saduceorum venientes ad bap
tismum suum: dixit eis. Progenies viperarum: quis demonstravit vobis fugere a ventura ira? Facite
ergo: fructum dignum penitentie. et ne velitis dicere intra vos: patrem habemus abraham. Dico enim
vobis: quoniam potens est deus: de lapidibus istis suscitare filios abrahe. Iam enim securis: ad radicem ar
boris posita est. Omnis enim arbor que non facit fructum bonum: excidetur. et in ignem mittetur. Ego
quidem vos baptizo in aqua: in penitentiam. Qui autem post me venturus est. fortior me est. cuius non
sum dignus calciamenta portare. Ipse vos baptizabit: in spiritu sancto et igne. Cuius ventilabrum in manu sua.
et permundabit aream suam: et congregabit triticum suum in horreum: paleas autem comburet igni in
extinguibili. Tunc venit ihesus a galylea in iordanem ad iohannem: ut baptizaretur ab eo. Iohannes
autem prohibebat eum dicens. Ego a te debeo baptizari: et tu venis ad me? Respondens autem
ihesus dixit ei. Sine modo. Sic enim decet nos implere: omnem iustitiam. Tunc dimisit eum. Bap
tizatus autem ihesus. confestim ascendit de aqua. Et ecce aperti sunt ei celi: et vidit spiritum dei descendentem sicut co
lumbam. et venientem super se. Et ecce vox de celis dicens. Hic est filius meus dilectus in quo michi complacui.
c. 4. Tunc ihesus ductus est in desertum a spiritu: ut temptaretur a dyabolo. Et cum ieiunasset .xl. diebus ·iiii·
et .xl. noctibus: postea esuriit. Et accedens temptator dixit ei. Si filius dei es: dic ut lapides
isti panes fiant. Qui respondens dixit. Scriptum est non in solo pane vivit homo: sed in omni verbo

quod procedit de ore dei· Tunc aſſumpſit eum dyabolus in ſc̄am ciuitatem: et ſtatuit eum ſupra pinnaculū tēp
li· et dixit ei· Si filius dei es· mitte te deorſum· Scriptum eſt enim· Quia angelis ſuis mandauit de te ⁊ in
manibus tollent te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuum· Ait illi ihūs rurſum· Scriptum eſt: Nō
temptabis dn̄m d̄m tuū Iterum aſſumpſit eum dyabolus in montē excelſum ualde: ⁊ oſtendit ei omnia
regna mūdi: et gl̄iam eorū: ⁊ dixit illi· Hec omnia tibi dabo: ſi cadens adoraueris me· Tunc dixit ei ihūs
Uade ſathanas· Scriptum eſt enim· Dn̄m d̄m tuum adorabis: ⁊ illi ſoli ſerues· Tunc reliquit eum dy
abolus· Et ecce angeli acceſſerunt: ⁊ miniſtrabant ei·
Cum audiſſet ihūs quod iohēs traditus eſſet: ſeceſſit in galyleam· Et relicta ciuitate nazareth ue
nit et habitabat in capharnaū maritima: in finibus zabulon et neptalim Ut adimpleretur quod
dictum eſt: per eſayam ꝓphām· Terra zabulon· et terra neptalim uia maris trans iordanem galilee gencium
Populus qui ſedebat in tenebris: lucem uidit magnā· Et ſedentibus in regione umbre mortis: lux orta
eſt eis· Exinde cepit ihūs predicare: et dicere· Penitenciam agite: appropinquauit enim regnū celorū
Ambulans autem iuxta mare galylee: uidit duos frēs: ſymonem qui uocatur petrus: ⁊ andreā frēm
eius· mittentes rete in mare· Erant enim piſcatores· Et ait illis· Uenite poſt me: faciam uos fieri piſca
tores homī· At illi continuo relictis retibus ſecuti ſunt eum· Et procedens inde: uidit alios duos frēs· Iaco
bum zebedei et iohēm frēm eius in naui: cum zebedeo prē eorū: reficientes retia ſua· Et uocauit eos· illi
autem ſtatim relictis retibus et prē: ſecuti ſunt eum· Et circuiuit ihūs totam galileam docens in ſynago
gis eorū· Et predicans euāgliū regni· ⁊ ſanās omnem languorem: ⁊ omnem infirmitatem in ꝑplō· Et
abiit opinio eius in totam ſyriam· et obtulerunt ei omnes male habentes uariis languoribus ⁊ tormen
tis comprehenſos et qui demonia habebant· ⁊ lunaticos et paraliticos et curauit eos· Et ſecute ſunt eū
turbe multe: de galylea et decapoli et de ieroſolima ·et de iudea: et de trans iordane· ·v·
ihūs Uidens autem turbas aſcendit in montē· Et cum ſediſſet: acceſſerunt ad eum diſcipli eius· ⁊ aperiēs c. 5.
os ſuum docebat eos dicens· Bti pauperes ſpū: quō ipſorū eſt regnū celorū· Bti mites: quī ipī poſſi
ip̄i debunt terram· Bti qui lugent· quō conſolabuntur· Bti qui eſuriunt et ſitiunt iuſticiam· quō ipī ſatura
ip̄i buntur· Bti miſericordes quō miām conſequentur· Bti mūdo corde: quō ipī deum uidebunt· Bti paci
fici: quō filii dei uocabuntur· Bti qui ꝑſecucionem paciuntur ꝓpter iuſticiam: quō ipſorū eſt regnū celorū
hōies Bti eſtis cum maledixerint uobis et ꝑſecuti uos fuerint: ⁊ dixerint omne malum aduerſum uos: mē
cientes: ꝓpter me· Gaudete et exultate: quō merces uīa copioſa eſt in celis· Sic enim ꝑſecuti ſunt ꝓphās
qui fuerunt ante uos· Uos eſtis ſal terre· Quod ſi ſal euanuerit: in quo ſalietur: Ad nichilum ualet ultra: niſi ut mit ualet
tatur foras: et conculcetur ab hominibus· Uos eſtis lux mūdi· Non poteſt ciuitas abſcondi· ſupra montē
poſita· Neqꝫ accendunt lucernam et ponunt eam ſub medio: ſup candelabrum: ut luceat omnibus ſed
qui in domo ſunt· ſic luceat lux uīa coram homībꝫ: ut uideant uīa bona opa: et glificent prēm uēm
qui in celis ē· Nolite putare quī ueni ſoluere legem aut ꝓphās· non ueni ſoluere: ſed adimple
Amen quippe dico uobis· Donec tranſeat celum et terra· iota unum aut unus apex non preteribit a le
ge donec omnia fiant· Qui ergo ſoluerit unum de mandatis iſtis minimis: et docuerit ſic hōies minimus
uocabitur in regno celorū· Qui aūt fecerit et docuerit: hic magnus uocabitur in regno celorū· Dico uobꝫ
enim· quia niſi habundauerit iuſticia uīa pluſqꝫ ſcribarū et phariſeorū: non intrabitis in regnū celorū· Au
diſtis quia dictum eſt antiquis: non occides· Qui autem occiderit: reus erit iudicio· Ego aūt dico uo
bis: quia omnis qui iraſcitur frī ſuo ſine cauſa reus erit iudicio· Qui autem dixerit frī ſuo racha: reus
erit concilio· Qui autem dixerit fatue: reus erit gehenne ignis· Si ergo offers munus tuū ad al
tare: ⁊ ibi recordatus fueris· quia frater tuus habet aliquid aduerſum te· Relinque ibi munus tuū
ante altare: et uade prius reconciliare frī tuo· Et tunc ueniens: offeres munus tuum· Eſto conſen
ciens aduerſario tuo· dum es in uia cum eo· Ne forte tradat te aduerſarius iudici: et iudex tradat te
miniſtro et in carcerē mittaris· Amen dico tibi: non exies inde: donec reddas nouiſſimū quadrantē
Audiſtis quia dictum eſt antiquis: non mechaberis· Ego aūt dico uobis· Quō omnis qui uide
rit mulierem· ad concupiſcendum eam· iam mechatus eſt eam in corde ſuo· Quod ſi oculus
tuus dexter ſcandalizat te erue eum et proice abs te· Expedit enim tibi ut pereat unum menbro
rum tuorū· quam totum corpus tuum mittatur in gehennam et ſi dextra manus tua ſcandalizat
te abſcide eam ⁊ proice abs te· Expedit enim tibi ut ꝑeat unum menbrorū tuorū: quam totū corpus
tuum eat in gehennam· Dictum eſt autem· Quicumqꝫ dimiſerit uxorem ſuam: det illi libellū
repudii· Ego autē dico uobis· Quia omnis qui dimiſerit uxorem ſuā· excepta fornicacōis
cauſa: facit eam mechari· Et qui dimiſſam duxerit: adulterat· Iterum audiſtis quia dictū eſt
antiquis· Non ꝑiurabis: reddes autem dn̄o iuramenta tua· Ego autem dico uobis· Nō iura
re omnino· neqꝫ ꝑ celum quia thronus dei eſt· Neqꝫ ꝑ terram quia ſcabellum eſt pedum eius
Neqꝫ ꝑ ieroſolimā quia ciuitas eſt regis magni· Neqꝫ ꝑ caput tuum iurabis quia nō potes
unum capillum album facere: aut nigrum· Sit autem ſermo uēr: eſt· ē· Non· Non· Qđ

Quod autem his habundancius est: a malo est. Audistis quia dictum est: oculum pro oculo et
dentem pro dente. Ego autem dico vobis non resistere malo
Sed si quis percusserit te in dexteram maxillam tuam: prebe illi et alteram. Et ei qui vult
tecum iudicio contendere et tunicam tuam tollere: dimitte ei et pallium. Et quicumque te
angariaverit mille passus: vade cum illo alia duo. Qui petit a te da ei. Et volenti mutuari
a te: ne avertaris. Audistis quia dictum est: diliges proximum tuum: et odies inimicum tuum
Ego autem dico vobis. Diligite inimicos vestros: benefacite his qui oderunt vos. Et orate pro
persequentibus et calumpniantibus vos: ut sitis filii patris vestri qui in celis est. Qui solem suum
oriri facit super bonos et malos. et pluit super iustos et iniustos. Si enim diligitis eos qui vos di
ligunt: quam mercedem habebitis. nonne et publicani hoc faciunt et si salutaveritis fratres vestros
Nonne et ethnici hoc faciunt? Estote perfecti: sicut et pater vester celestis perfectus est. vi
c. 6. Attendite ne iusticiam vestram faciatis coram hominibus ut videamini ab eis. Alioquin: merce
dem non habebitis apud patrem vestrum qui in celis est. Cum ergo facis elemosinam noli tuba
canere ante te: sicut hypocrite faciunt in synagogis et in vicis ut honorificentur ab hominibus. Amen
dico vobis: receperunt mercedem suam. Te autem faciente elemosinam: nesciat sinistra tua quid
faciat dextera tua: ut sit elemosina tua in abscondito et pater tuus qui videt in abscondito red
det tibi. Et cum oratis: non eritis sicut hypocrite qui amant in synagogis et in angulis platearum
stantes orare: ut videantur ab hominibus. Amen dico vobis. receperunt mercedem suam. Tu autem
cum oraveris intra in cubiculum tuum et clauso ostio ora patrem tuum in abscondito. Et pater tu
us qui videt in abscondito: reddet tibi. Orantes autem nolite multum loqui: sicut ethnici. Putant enim: quod
in multiloquio suo exaudiantur. Nolite ergo assimilari eis. Scit enim pater vester quid opus sit vobis: ante
quam petatis eum. Sic ergo vos orabitis. Pater noster qui es in celis: sanctificetur nomen tuum. Veniat ad
regnum tuum. Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra. Panem nostrum supersubstantialem da nobis
hodie et dimitte nobis debita nostra: sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in
temptationem. sed libera nos a malo. Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum dimittet et vobis
pater vester celestis debita vestra. Si autem non dimiseritis hominibus: nec pater vester dimittet peccata vestra. celestis
Cum autem ieiunatis: nolite fieri sicut hypocrite tristes. Exterminant enim facies suas ut pare nobis
ant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis quia receperunt mercedem suam. Tu autem cum ieiu
nas: unge caput tuum et faciem tuam lava: ne videaris hominibus ieiunans: sed patri tuo qui est in abscon
so. Et pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra: ubi
erugo et tinea demolitur: et ubi fures effodiunt et furantur. Thesaurizate autem vobis thesauros in
celo: ubi neque erugo neque tinea demolitur et ubi fures non effodiunt nec furantur. Ubi enim est thesau
rus tuus: ibi est et cor tuum. Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si fuerit oculus tuus simplex: totum
corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus nequam fuerit: totum corpus tuum tenebrosum erit
Si ergo lumen quod in te est tenebre sunt: ipse tenebre quante erunt.
Nemo potest duobus dominis servire: aut enim unum odio habebit: et alterum diliget. Aut unum
sustinebit: et alterum contempnet. Non potestis deo servire et mamone. Ideo dico vobis. Ne
solliciti sitis anime vestre quid manducetis: neque corpori vestro quid induamini. Nonne anima plus est
quam esca et corpus plusquam vestimentum. Respicite volatilia celi: quoniam non serunt neque metunt neque
celestis congregant in horrea. et pater vester pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis. Quis autem vestrum
potest cogitans adicere ad staturam suam cubitum unum. Et de vestimento quid solliciti estis.
Considerate lilia agri quomodo crescunt non laborant neque nent. Dico autem vobis: quoniam nec salomon in
omni gloria sua coopertus est: sicut unum ex istis. Si autem fenum agri quod hodie est et cras in clibanum
vos mittitur deus sic vestit: quanto magis minime fidei. Nolite ergo esse solliciti dicentes: quid manducabi
mus: aut quid bibemus. aut quo operiemur. Hec enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater vester: quia his omnibus
indigetis. Querite ergo primum regnum dei et iusticiam eius et omnia hec adicientur vobis. Nolite ergo
c. 7. solliciti esse in crastinum. Crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipsi. Sufficit diei malicia sua. Nolite iu vii
dicare: ut non iudicemini. In quo enim iudicio iudicaveritis: iudicabimini. Et in qua mensura mensi fueri
tis remetietur vobis
Quid autem vides festucam in oculo fratris tui: et trabem in oculo tuo non vides. Aut quomodo dicis fratri
tuo: Sine eiciam festucam de oculo tuo et ecce trabes est in oculo tuo. Hypocrita: eice primum trabem de o
culo tuo. Et tunc videbis eicere festucam de oculo fratris tui. Nolite dare sanctum canibus: neque mittatis marga
ritas vestras ante porcos. Ne forte conculcent eas pedibus suis: et conversi disrumpant vos. Petite et
dabitur vobis. Querite et invenietis. Pulsate et aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit: et qui
querit invenit: et pulsanti aperietur. Aut quis ex vobis homo quem si pecierit filius suus panem: numquid
lapidem porriget ei? Aut si piscem pecierit: numquid serpentem porriget ei? Si ergo vos cum sitis mali

data bonum

nostis bona dare filijs uestris quanto magis pater uester qui in celis est dabit spiritum bonum petentibus se. Omnia ergo que
cumque uultis ut faciant homines uobis: et uos facite eis. Hec enim lex est: et prophete.
Intrate per angustam portam: quia lata porta et spaciosa uia que ducit ad perdicionem: et multi sunt qui in
trant per eam. Quam angusta porta et arta uia que ducit ad uitam: et pauci sunt qui inueniunt eam. Atten
dite a falsis prophetis: qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium: intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus
eorum cognoscetis eos. Numquid colligunt de spinis uuas: aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona fructus
bonos facit. Non potest arbor bona: fructus malos facere. neque arbor mala fructus bonos facere. Omnis ar
bor que non facit fructum bonum: excidetur et in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos. — mala autem arbor fructus malos facit
Non omnis qui dicit michi domine: domine intrabit in regnum celorum. Sed qui facit uoluntatem patris mei qui in celis
est: ipse intrabit in regnum celorum. Multi dicent michi in illa die. Domine domine: nonne in nomine tuo prophetaui
mus: et in tuo nomine demonia eiecimus: et in tuo nomine uirtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis:
quia numquam noui uos. Discedite a me: qui operamini iniquitatem. Omnis ergo qui audit uerba mea hec et facit
ea: assimilabitur uiro sapienti qui edificauit domum suam supra petram. Et descendit pluuia et uenerunt flu
mina et flauerunt uenti: et irruerunt in domum illam: et non cecidit. Fundata enim erat supra petram. Et
omnis qui audit uerba mea hec et non facit ea. similis est uiro stulto: qui edificauit domum suam super arenam
Et descendit pluuia: et uenerunt flumina: et flauerunt uenti: et irruerunt in domum illam et cecidit: et
viij fuit ruina eius magna. Et factum est cum consummasset ihesus uerba hec: admirabantur turbe super doctrina — omnia
eius. Erat enim docens eos. sicut potestatem habens: et non sicut scribe eorum et pharisei
Cum autem descendisset de monte: secute sunt eum turbe multe. Et ecce leprosus ueniens. adorauit — c. 8.
eum dicens. Domine: si uis potes me mundare. Et extendens manum: tetigit eum ihesus dicens:
Uolo: mundare. Et confestim mundata est lepra eius. Et ait illi ihesus. Uide nemini dixeris: sed uade ostende
te sacerdoti: et offer munus quod precepit moyses in testimonium illis.
Cum autem introisset capharnaum. accessit ad eum centurio rogans eum et dicens. Domine: puer meus
iacet in domo paraliticus: et male torquetur. Et ait illi ihesus. Ego ueniam: et curabo eum. Et respon
dens centurio ait. Domine: non sum dignus ut intres sub tectum meum: sed tantum dic uerbo: et sanabitur
puer meus. Nam et ego homo sum sub potestate constitutus: habens sub me milites et dico huic uade
et uadit. Et alij ueni. et uenit. Et seruo meo fac hoc et facit. Audiens autem ihesus miratus est: et sequen
tibus se dixit. Amen dico uobis: non inueni tantam fidem in israel. Dico autem uobis. quod multi ab oriente
et occidente uenient: et recumbent cum abraham et ysaac et iacob. in regno celorum. Filij autem regni eicientur
in tenebras exteriores: ibi erit fletus et stridor dencium. Et dixit ihesus centurioni. Uade: et sicut credidisti fiat
tibi. Et sanatus est puer in illa hora.
Et cum uenisset ihesus in domum petri: uidit socrum eius iacentem et febricitantem: et tetigit manum eius
et dimisit eam febris et surrexit: et ministrabat eis. Uespere autem facto: obtulerunt ei multos demonia
habentes. Et eiciebat spiritus uerbo: et omnes male habentes curauit. Ut adimpleretur quod dictum est: per
ysaiam prophetam dicentem. Ipse infirmitates nostras accepit et egrotaciones portauit. Uidens autem ihesus turbas
multas circa se iussit ire trans fretum
Et accedens unus scriba: ait illi. Magister: sequar te quocumque ieris. Et dicit ei ihesus. Uulpes foueas
habent: et uolucres celi nidos: filius autem hominis non habet: ubi caput reclinet. Alius autem de discipulis
pulis eius ait illi. Domine: permitte me primum ire: et sepelire patrem meum. Ihesus autem: ait illi. Seque
re me. Et dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Et ascendente eo in nauiculam: secuti sunt eum discipuli
eius. Et ecce motus magnus factus est in mari: ita ut nauicula operiretur fluctibus. Erat autem illis uentus
contrarius. Ipse uero dormiebat. Et accesserunt et suscitauerunt eum dicentes. Domine: salua nos perimus
Et dicit eis. Quid timidi estis modice fidei? Tunc surgens imperauit uentis et mari: et facta est tranquillitas
magna. Porro homines: mirati sunt dicentes. Qualis est hic: quia uenti et mare obediunt ei. Et cum
uenisset trans fretum in regionem gerasenorum: occurrerunt ei duo habentes demonia. de monumentis ex
euntes seuimmis. ita ut nemo posset transire per uiam illam. Et ecce clamauerunt dicentes. Quid nobis
et tibi ihesu fili dei? Uenisti huc ante tempus torquere nos. Erat autem non longe ab illis: grex porcorum
multorum pascens. Demones autem rogabant eum dicentes. Si eicis nos mitte nos in gregem porcorum — illa
Et ait illis. Ite. At illi exeuntes: abierunt in porcos. Et ecce impetu abijt totus grex per preceps in mare: et
mortui sunt in aquis. Pastores autem: fugierunt. Et uenientes in ciuitatem nunciauerunt omnia: et de his
qui demonia habuerant. Et ecce tota ciuitas exijt obuiam ihesu: et uiso eo: rogabant ut transiret a fi
Et ascendens ihesus in nauiculam. transfretauit et uenit in ciuitatem suam. Et ecce ·ix· nibus eorum. — c. 9.
offerebant ei paraliticum: iacentem in lecto. Et uidens ihesus fidem illorum: dixit paralitico. Confide
fili: remittuntur tibi peccata tua. Et quidam de scribis dixerunt intra se. Hic blasphemat. Et cum uidisset
ihesus cogitaciones eorum: dixit. Ut quid cogitatis mala in cordibus uestris? Quid est facilius dicere:
dimittuntur tibi peccata. aut dicere surge et ambula? Ut sciatis autem: quia filius hominis habet potes

tatem in terra dimittendi peccata. Tunc ait paralytico. Surge: tolle lectum tuum: et uade in domum
tuam. Et surrexit: et abiit in domum suam. Uidentes autem turbe: timuerunt. Et glorificauerunt
deum: qui dedit potestatem talem hominibus. Et cum transiret inde ihesus: uidit hominem seden-
tem in teloneo: matheum nomine et ait illi. Sequere me. Et surgens: secutus est eum.
Et factum est discumbente eo in domo. ecce multi publicani: et peccatores uenientes discumbebant cum ihesu:
et discipulis eius. Et uidentes pharisei: dicebant discipulis eius. Quare cum publicanis et pecca-
toribus manducat magister uester? At ihesus audiens ait. Non est opus ualentibus medicus: sed male
habentibus. Euntes autem discite: quid est misericordiam uolo. et non sacrificium. Non enim ueni uocare iustos: sed peccatores
Tunc accesserunt ad eum discipuli iohannis: dicentes. Quare nos pharisei ieiunamus frequenter.
discipuli autem tui non ieiunant? Et ait illis ihesus. Numquid possunt filii sponsi lugere.
quamdiu cum illis est sponsus. Uenient autem dies cum auferetur ab eis sponsus et tunc ieiu-
nabunt. Nemo autem immittit commissuram panni rudis in uestimentum uetus: tollit enim
plenitudinem eius a uestimento: et peior scissura fit. Neque mittunt uinum nouum: in utres ueteres.
Alioquin: rumpuntur utres: et uinum effunditur et utres pereunt. Sed uinum nouum in utres nouos
mittunt: et ambo conseruantur. Hec illo loquente ad eos ecce princeps unus accessit et adorabat
nō eum dicens. Filia mea modo defuncta est: sed ueni impone manum super eam: et uiuet. Et surgens
ihesus sequebatur eum: et discipuli eius. Et ecce mulier que sanguinis fluxum patiebatur duo-
decim annis: accessit retro: et tetigit fimbriam uestimenti eius. Dicebat enim intra se. Si tetigero tantum uestimentum eius: salua ero. At ihesus conuersus et uidens eam: dixit. Confide filia:
fides tua te saluam fecit. Et salua facta est mulier: ex illa hora. Et cum uenisset ihesus in domum principis: et uidisset tibicines: et turbam tumultuantem dixit. Recedite: non est enim mortua puella:
sed dormit. Et deridebant eum. Et cum eiecta esset turba. Intrauit et tenuit manum eius: et surrexit & dix puella surge
puella. Et exiit fama hec: in uniuersam terram illam
Et transeunte inde ihesu: secuti sunt eum duo ceci. clamantes et dicentes. Miserere nostri fili dauid
Cum autem uenisset domum: accesserunt ad eum ceci: et dicit eis ihesus. Creditis quia possum
hoc facere uobis? Dicunt ei. Utique domine. Tunc tetigit oculos eorum dicens. Secundum fidem uestram: fiat
uobis. Et aperti sunt oculi eorum. Et comminatus est eis ihesus dicens. Uidete: ne quis sciat. Illi autem exeun-
tes: diffamauerunt eum in tota terra illa. Egressis autem illis. ecce obtulerunt ei hominem mutum: de-
monium habentem. Et eiecto demonio. locutus est mutus. Et mirate sunt turbe dicentes. Numquam appa-
ruit sic in israel. Pharisei autem dicebant. in principe demoniorum eicit demones. Et circuibat ihesus ciuita-
tes omnes: et castella: docens in synagogis eorum. Et predicans euangelium regni: et curans omnem lan-
guorem: et omnem infirmitatem. Uidens autem turbas misertus est eis. quia erant uexati et iacentes: sicut
oues non habentes pastorem
Tunc dicit discipulis suis. Messis quidem multa: operarii autem pauci. Rogate ergo dominum messis: ut
C. io eiciat operarios in messem suam. Et conuocatis duodecim discipulis suis. dedit illis potestatem spirituum
inmundorum ut eicerent eos. Et curarent omnem languorem: et omnem infirmitatem. Duodecim autem
apostolorum nomina sunt hec. Primus symon qui dicitur petrus: et andreas frater eius. Iacobus zebedei
et iohannes frater eius. philippus et Bartholomeus. Thomas et matheus publicanus. Et iacobus alphei
et Thadeus. Symon cananeus: et iudas scariothes qui tradidit eum.
Hos duodecim misit ihesus: precipiens eis dicens. In uiam gentium ne abieritis: et in ciuitates
samaritanorum ne intraueritis: sed potius ite ad oues: que perierunt domus israel. Euntes autem predi-
cate dicentes: quia appropinquabit regnum celorum. Infirmos curate: mortuos suscitate: leprosos mundate:
demones eicite. Gratis accepistis. gratis date. Nolite possidere aurum: neque argentum: neque pecuniam
in zonis uestris. Non peram in uia: neque duas tunicas: neque calciamenta: neque uirgam. Dignus est
enim operarius: cibo suo. In quamcumque ciuitatem aut castellum intraueritis: interrogate quis in ea
dignus sit: et ibi manete: donec exeatis. Intrantes autem in domum: salutate eam dicentes. Pax
illa huic domui. Et siquidem fuerit domus digna. ueniat pax uestra super eam. Si autem non fuerit dig-
na: pax uestra ad uos reuertetur. Et quicumque non receperit uos neque audierit sermones uestros:
exeuntes foras de domo. uel de ciuitate: excutite puluerem de pedibus uestris. Amen dico uobis: tolle-
rabilius erit terre sodomorum et gomorreorum in die iudicii quam illi ciuitati.
Ecce ego mitto uos: sicut oues in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes: et
simplices sicut columbe. Cauete autem ab hominibus. Tradent enim uos in conciliis: et in syna-
gogis suis. flagellabunt uos. et ad presides et ad reges ducemini propter me in testimonium illis et gen-
tibus. Cum autem tradent uos nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. Dabitur enim uobis
in illa hora: quid loquamini. Non enim uos estis qui loquimini: sed spiritus patris uestri qui loquitur in uo-

bis· Tradet autem fr̄ fr̄em in mortem: et pr̄ filium· et insurgent filii in parentes: et morte eos afficient
Et eritis odio omnibus: propter nomen meum· Qui autem perseuerauit usq; in finem: hic saluus erit
Cum autem persequentur uos in ciuitate ista: fugite in aliam· Amen dico uobis: non consummabitis ciuita
tes isrl' donec ueniat filius hominis· Non est discipulus sup magistrum: nec seruus sup dn̄m suū· Suf
ficit discipulo: ut sit sicut magister eius· Et seruus sicut dn̄s eius· Si pr̄em familias beelzebub uocaue
runt· quanto magis domesticos eius: Ne ergo timueritis eos· Nichil enim opertum quod non reuelabitur:
et occultum quod non scietur· Quod dico uobis in tenebris: dicite in lumine: et quod in aure auditis: predi
cate super tecta· Et nolite timere eos qui occidunt corpus animā autem non possunt occidere· Sed potius
eum timete: qui potest et animam et corpus perdere in gehennam· Nonne duo passeres asse ueneunt
et unus ex illis non cadit sup terram sine pr̄e uro· Uestri autem et capilli capitis: omnes numerati sunt
Nolite ergo timere: multis passeribus meliores estis uos· Omnis ergo qui confitebitur me coram ho
minibus: confitebor et ego eum coram pr̄e meo: qui in celis est· Qui autem negauit me coram homib;
negabo et ego eum coram pr̄e meo qui in celis est· Nolite arbitrari quia uenerim pacem mittere in ter
ram: non ueni pacem mittere sed gladium· Ueni enim separe hominem adu̍sus pr̄em suum: et filiā
adu̍sus matrem suam: et nurum adu̍sus socrum suam: et inimici hominis domestici eius·

Qui amat pr̄em aut m̄rem plus q̄ me non est me dignus· Qui amat filium aut filiam sup me: non est
me dignus· Et qui non accipit crucem et sequitur me· non est me dignus· Qui inuenit animā suā
pdet illam· Et qui pdiderit animam suam ppt me: inueniet eam· Qui recipit uos me recipit· Et qui me re
cipit· recipit eum qui me misit· Qui recipit p̄pham in nomine p̄phe: mercedem p̄phe accipiet· Et qui recipit
iustum in nomine iusti mercedem iusti accipiet· Et quicumq; potum dederit uni ex minimis istis calicem a
que frigide· tantum in nomine discipuli· Amen dico uobis· non pdet mercedem suam· Et factū est cum c·xi·
consummasset ih̄s precipiens duodecim discipulis suis· Transiit inde: ut doceret et predicaret in ciuita
tibus eorum·

Iohannes autem cum audisset in uinculis opa xp̄i: mittens duos de discipulis suis: ait illi· Tu es q̄
uenturus es: an alium expectamus: Et respondens ih̄s ait illis· Euntes renunciate iohanni: que audi
tis: et uidistis: ceci uident: claudi ambulant· leprosi mundantur· Surdi audiunt mortui resurgunt·
paupes euangelizantur· Et btūs est qui non fuit scandalizatus in me· Illis autem abeuntibus: cepit
ih̄s dicere ad turbas de iohanne· Quid existis in desertum uidere arundinem uento agitatam: Sed
quid existis uidere hominem mollibus uestitum: Ecce qui mollibus uestiuntur: in domibus regum st̄
Sed quid existis uidere p̄pham: Etiam dico uobis: et plus q̄ p̄pham· Hic est enim de quo scriptum est
Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam: qui pparabit uiam tuam ante te· Amen dico uobis: nō
surrexit inter natos mulierum maior ioh̄e bapt̄· Qui autem minor est in regno celorum maior est illo· A di
ebus autem ioh̄is baptiste usq; nunc: regnum celorum uim patitur: et uiolenti rapiunt illud· Omnes
enim p̄phe et lex: usq; ad iohem p̄phetauerunt· Et si uultis scire· ip̄e est helias qui uenturus est· Qui h̄t
aures audiendi audiat

Cui autem similem estimabo generationem istam: Similis est pueris sedentibus in foro: qui clamā
tes coequalibus dicunt cecinimus uobis et non saltastis· Lamentauimus: et non planxistis· Ue
nit autem ioh̄es neq; manducans et bibens: et dicunt demonium habet· Uenit filius hominis mandu
cans et bibens et dicunt· Ecce homo uorax et potator uini: publicanorum et pccōrum amicus· Et iustificata
est sapiā: a filiis suis· Tunc cepit exprobrare ciuitatibus: in quibus facte sunt plurime uirtutes eius:
quia non egissent penitentiam· Ue tibi corozaim ue tibi bethsaida· Quia si in tyro et sydone f̄ce essent
uirtutes que f̄ce sunt in uobis: olim in cilicio et cinere penitentiam egissent· Uerumtamen dico uobis
Tyro et sydoni remissius erit in die iudicii quam uobis· Et tu capharnaum: numquid usq; in celum ex
altaberis: usq; in infernum descendes· Quia si in sodomis facte fuissent uirtutes: que sunt inte f̄ce
forte mansissent usq; in hanc diem· Uerumtamē dico uobis· Quia t̄re sodomorum remissius erit in die iu
dicii quā tibi· In illo tempe: respondens ih̄s dixit· Confiteor tibi pr̄ dn̄e celi et t̄re quia abscondisti hec
a sapientibus et prudentib; et reuelasti ea paruulis· Ita pr̄: qm̄ sic fuit placitum ante te· Omnia mich
tradita sunt: a pr̄e meo· Et nemo nouit filium· nisi pr̄· Neq; pr̄em quis nouit nisi filius· et cui uoluit
filius reuelare· Uenite ad me omnes qui laboratis et onerati estis: et ego reficiam uos· Tollite iugū
meum sup uos: et discite a me quia mitis sum: et humilis corde· Et inuenietis requiem animabus
uris· Iugum enim meum suaue est: et onus meum leue· ·xii·

In illo tempe: Abiit ih̄s sabbato p sata: discipli autem eius esurientes: ceperunt uellere spicas et
manducare· Pharisei uidentes autem: dixerunt ei· Ecce discipli tui faciunt: quod non licet eis fa
cere sabbatis· At ille dixit eis· Non legistis quid fecerit dauid quando esuriit et qui cum eo erāt
Quomodo intrauit in domum dei: et panes ppositionis comedit quos non licebat ei edere: neq;
hiis qui cum eo erant· nisi solis sacerdotibus: Aut non legistis in lege: quia sabbatis sacerdotes

in templo ſabbatum uiolant: et ſine crimine ſunt? Dico autem uobis: quia templo maior eſt hic. Si au
tem ſciretis quid eſt miſericordiam uolo et non ſacrificium: numquam condempnaſſetis innocentes. Dominus
eſt enim filius hominis: etiam ſabbati.
Et cum inde tranſiſſet uenit in ſynagogam eorum. Et ecce homo habens manum aridam: et interroga
bant eum dicentes. Si licet ſabbatis curare? ut accuſarent eum. Ipſe autem dixit illis. Quis erit
ex uobis homo qui habet ouem unam: et ſi ceciderit hec ſabbatis in foueam: nonne tenebit et leuabit
eam? Quanto magis melior eſt homo oue? Ita licet ſabbatis bene facere. Tunc ait homini. Exten
de manum tuam: et extendit. Et reſtituta eſt ſanitati: ſicut altera. Exeuntes autem phariſei: conſi
lium faciebant aduerſus eum quomodo eum perderent. Ihesus autem ſciens receſſit inde. Et ſecuti ſunt mul ÷ cū
ti: et curauit eos omnes. Et precepit eis: ne manifeſtum eum facerent. Ut adimpleretur quod dictum eſt
per yſaiam prophetam dicentem. Ecce puer meus quem elegi: dilectus meus: in quo bene complacuit anime
mee. Ponam ſpiritum meum ſuper eum: ⁊ iudicium gentibus nunciabit. Non contendet: neque clamabit
Neque audiet aliquis in plateis uocem eius. Harundinem quaſſatam non confringet: ⁊ linum fu
migans non extinguet. Donec eiciat ad uictoriam iudicium: ⁊ in nomine eius gentes ſperabunt.
Tunc oblatus eſt ei demonium habens cecus et mutus et curauit eum: ita ut loqueretur ⁊ uideret
Et ſtupebant omnes turbe: et dicebant. Numquid hic eſt filius dauid? Phariſei autem audien
tes dixerunt. Hic non eicit demones niſi in beelzebub principe demoniorum. Ihesus autem ſciens cogita
tiones eorum: dixit eis. Omne regnum diuiſum contra ſe deſolabitur: et omnis ciuitas uel domus
diuiſa contra ſe non ſtabit. Et ſi ſathanas ſathanam eicit aduerſus ſe diuiſus eſt: quomodo ſtabit
regnum eius? Et ſi ego in beelzebub eicio demones: filii ueſtri in quo eiciunt? Ideo ipſi iudices erunt
ueſtri. Si autem ego in ſpiritu dei eicio demones: igitur peruenit in uos regnum dei. Aut quomodo poteſt quiſ
quam intrare in domum fortis et uaſa eius diripere: niſi prius alligauerit fortem: et tunc domum
nō ÷ illius diripiet? Qui non eſt mecum contra me eſt. Et qui congregat mecum: ſpargit. Ideo dico uobis
Omne peccatum et blaſphemia remittetur hominibus: ſpiritus autem blaſphemie non remittetur. Et
quicumque dixerit uerbum contra filium hominis: remittetur ei. Qui autem dixerit contra ſpiritum ſanctum: ubū
non remittetur ei neque in hoc ſeculo neque in futuro. Aut facite arborem bonam: et fructum eius bo
num. Aut facite arborem malam: et fructum eius malum. Si quidem ex fructu arbor agnoſcitur. Proge
nies uiperarum: quomodo poteſtis bona loqui cum ſitis mali: ex habundantia enim cordis os loquitur.
Bonus homo de bono theſauro profert bona. Et malus homo de malo theſauro profert mala. Dico autem
uobis. Quoniam omne uerbum ocioſum quod locuti fuerint homines: reddent de eo rationem in die iudicii.
Ex uerbis enim tuis iuſtificaberis: et ex uerbis tuis condempnaberis.
Tunc reſponderunt ei quidam de ſcribis et phariſeis dicentes. Magiſter uolumus a te ſignum uidere.
Qui reſpondens ait illis. Generatio mala et adultera ſignum querit: ⁊ ſignum non dabitur ei niſi
ſignum ione prophete. Sicut enim ionas fuit in uentre ceti tribus diebus et tribus noctibus: ſic erit fi
lius hominis in corde terre tribus diebus et tribus noctibus. Viri niniuite ſurgent in iudicio cum ge
neratione iſta: et condempnabunt eam: quia penitentiam egerunt in predicatione ione. Et ecce pluſquam
ionas hic. Regina auſtri ſurget in iudicio cum generatione iſta: ⁊ condempnabit eam: quia uenit a finibus
terre audire ſapientiam ſalemonis: et ecce pluſquam ſalemon hic. Cum autem immundus ſpiritus exierit
ab homine: ambulat per loca arida: querit requiem et non inuenit. Tunc dicit. Reuertar in domum meam
unde exiui. Et ueniens: inuenit uacantem: ſcopis mundatam ⁊ ornatam. Tunc uadit et aſſumit ſeptem
alios ſpiritus ſecum nequiores ſe: et intrantes habitant ibi. Et fiunt nouiſſima hominis illius peiora
prioribus. Sic erit et generationi huic peſſime.
Adhuc eo loquente ad turbas: ecce mater eius et fratres ſtabant foris: querentes loqui ei. Dixit autem
ei quidam. Ecce mater tua et fratres tui foris ſtant: querentes te. At ipſe reſpondens: dicenti ſibi ait.
Que eſt mater mea: et qui ſunt fratres mei? Et extendens manum in diſcipulos ſuos dixit. Ecce mater
mea et fratres mei. Quicumque enim fecerit uoluntatem patris mei qui in celis eſt: ipſe meus et frater ⁊ ſoror ⁊ mater eſt. xiii.
C. 13. In illo tempore: exiens ihesus de domo ſedebat ſecus mare: et congregate ſunt ad eum turbe multe. Ita ut in
nauiculam aſcendens ſederet: et omnis turba ſtabat in litore. Et locutus eis multa in parabolis dicens ÷ eſt
Ecce exiit qui ſeminat: ſeminare ſemen ſuum. Et dum ſeminat: quedam ceciderunt ſecus uiam: ⁊ ue
nerunt uolucres et comederunt ea. Alia autem ceciderunt in petroſa: ubi non habebant terram mul
tam: et continuo exorta ſunt: quia non habebant altitudinem terre. Sole autem orto: eſtuauerunt
Et quia non habebant radicem aruerunt. Alia autem ceciderunt in ſpinas et creuerunt ſpine ⁊ ſuf
focauerunt ea. Alia autem ceciderunt in terram bonam: ⁊ dabant fructum: aliud centeſimum: aliud ſex
ageſimum: aliud triceſimum. Qui habet aures audiendi audiat. Et accedentes diſcipuli: dixerunt ei. Quare in
parabolis loqueris eis? Qui reſpondens ait illis. Quia uobis datum eſt noſſe miſteria regni celorum:
illis autem non eſt datum. Qui enim habet dabitur ei et habundabit. Qui autem non habet: ⁊ quod habet

et audiētes

auferetur ab eo. Ideo in parabolis loquor eis: quia videntes non vident: non audiunt: neq; intelligentes
intelligunt. Ut adimpleretur in eis prophetia ysaie dicens. Auditu audietis: et non intelligetis. Et viden
tes videbitis. et non videbitis. Incrassatum est enim cor populi huius: et auribus graviter audierunt:
et oculos suos clauserunt. Nequando videant oculis. et auribus audiant: et corde intelligant: et con
vertantur: et sanem eos. Vestri autem beati oculi quia vident. et aures vestre quia audiunt. Amen quippe dico
vobis. Quia multi prophete et iusti cupierunt videre que videtis: et non viderunt. Et audire que auditis: et nō
audierunt. Vos ergo audite parabolam seminantis. Omnis qui audit verbum regni et non intelligit:
venit malus. et rapit quod seminatū est in corde eius. Hic est: qui secus viam seminatus est. Qui autem
supra petrosa seminatus est: hic est qui verbum audit: et continuo cum gaudio accipit illud. Non habet autē
in se radicem: sed est temporalis. Facta autem tribulatione et persecutione propter verbum continuo scanda
lizatur. Qui autem seminatus in spinis: hic est qui verbum audit: et sollicitudo seculi istius: et fallacia
diviciarum suffocat verbum: et sine fructu efficitur. Qui vero in terram bonam seminatus est: hic ē qui au
dit verbum et intelligit: et fructum affert. et facit. Aliud quidem centesimum: aliud autem sexagesimū:
aliud vero tricesimum. Aliam parabolam proposuit illis dicens. Simile factum est regnū celorum:
homini qui seminavit bonum semen in agro suo. Cum autem dormirent homines: venit inimicus eius
et superseminavit zizania in medio tritici: et abiit. Cum autem crevisset herba: et fructum fecisset tunc appa
ruerunt et zizania. Accedentes autem servi patrisfamilias dixerunt ei. Domine: nonne bonum semen
seminasti in agro tuo: unde ergo habet zizania? Et ait illis. inimicus homo hoc fecit. Servi autē dixe
runt ei. Vis imus et colligimus ea? Et ait. Non. Ne forte colligentes zizania: eradicetis simul cum
eis et triticum. Sinite utraq; crescere: usq; ad messem: et in tempore messis: dicam messoribus. Colligite
primum zizania et alligate ea in fasciculos ad comburendum. Triticum autem: congregate in horreum meū.
Aliam parabolam proposuit eis dicens. Simile est regnum celorum grano synapis: quod accipiens homo:
seminavit in agro suo: quod minimū quidem est omnibus seminibus. Cum autem creverit: maius est omnibus
holeribus et fit arbor: ita ut volucres celi veniant et habitent in ramis eius. Aliam parabolam: locutus
est eis. Simile est regnum celorum fermento quod acceptum mulier abscondit in farine satis tribus:
donec fermentatum est totum. Hec omnia locutus est ihesus in parabolis ad turbas: et sine parabolis
non loquebatur eis ut adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentem. Aperiam in parabolis os me
um: eructabo abscondita a constitutione mundi. Tunc dimissis turbis: venit in domū. Et accesserunt
ad eum discipuli eius: dicentes. Edissere nobis parabolam: zizaniorum agri. Qui respondens: ait.
Qui seminat bonum semen: est filius hominis. Ager autem: est mundus. Bonum vero semē:
hii sunt filii regni. zizania autem: filii sunt nequā. Inimicus autem qui seminat ea: est dyabolus.
Messis vero: consummatio seculi est. Messores autem: angeli sunt. Sicut ergo colliguntur zizania: et igni
comburuntur: sic erit in consummatione seculi. Mittet filius hominis angelos suos et colligent de regno
eius omnia scandala: et eos qui faciunt iniquitatem et mittent eos in caminū ignis: ibi erit fle
tus et stridor dentium. Tunc iusti fulgebunt sicut sol: in regno patris eorum. Qui habet aures audiendi: audi
at. Simile est regnum celorum thesauro abscondito in agro: quem qui invenit homo abscondit: et pre gaudio
illius vadit et vendit omnia que habet: et emit agrum illū. Iterum simile est regnū celorum homini negociatori:
querenti bonas margaritas. Inventa autē una preciosa margarita: abiit et vendidit omnia que habuit: et emit
eam. Iterum simile est regnum celorum sagene misse in mare: et ex omni genere piscium congreganti. Quam
cum impleta esset educentes: et secus litus sedentes: elegerunt bonos in vasa. malos autē foras miserūt.
Sic erit in consummatione seculi. Exibūt angeli: et separabunt malos de medio iustorum: et mittent eos in cami
nū ignis: ibi erit fletus et stridor dentiū. Intellexistis hec omnia? Dicunt ei. Etiā. Ait illis. Ideo omnis scriba
doctus in regno celorum: similis est homini patrifamilias. qui profert de thesauro suo: nova et vetera. Et factum ē cū
consummasset ihesus parabolas istas transiit inde. Et veniēs in patriam suam: docebat eos in synagogis eorum. ita
ut mirarentur: et dicerent. Unde huic sapientia hec: et virtutes? Nonne hic ē fabri filius? Nonne mater eius dr̄
maria? Et fratres eius iacobus et ioseph: et symon: et iudas? Et sorores eius. nonne omnes apud nos sunt?
Unde ergo huic omnia ista? Et scandalizabantur in eo. Ihesus autem: dixit eis. Non est propheta sine honore: nisi
in patria sua: et in domo sua. Et non fecit ibi virtutes multas: propter incredulitatem illorum. xiiij
In illo tempore: audivit herodes tetrarcha famam ihesu: et ait pueris suis. Hic est iohannes baptista. ipse surrexit C. 14.
a mortuis: et ideo virtutes operantur in eo. Herodes enim tenuit iohannem et alligavit eum: et posuit in car
cerem propter herodiadem uxorem fratris sui. Dicebat enim illi iohannes: non licet tibi habere eam. Et volens
illum occidere timuit populum: quia sicut prophetam eum habebant. Die autem natalis herodis: saltavit filia
herodiadis in medio et placuit herodi. Unde cum iuramento pollicitus est ei dare: quodcumq; postu
lasset ab eo. At illa premonita a matre sua: Da michi inquit hic in disco: caput iohannis baptiste. Et con
tristatus est rex. Propter iuramentū autē: et eos qui pariter recumbebant. iussit dari. Misitq;
et decollavit iohannem in carcere: et allatum est caput eius in disco: et datum est puelle: et tulit

matri sue. Et accedentes discipuli eius: tulerunt corpus: et sepelierunt illud. Et uenientes
nunciauerunt ihesu. Quod cum audisset ihesus secessit inde in nauicula: in locum desertum seorsum. Et cum
audissent turbe: secute sunt eum pedestres de ciuitatibus. Exiens uidit turbam multam: et misertus
est eius: et curauit languidos eorum. Uespere autem facto accesserunt ad eum discipuli eius: dicentes. De
sertus est locus: et hora iam preterijt. Dimitte turbas. ut euntes in castella: emant sibi escas. Ihesus
autem dixit eis. Non habent necesse ire: date illis uos manducare. Responderunt ei. Non habe
mus hic nisi quinque panes: et duos pisces. Qui ait eis. Afferte illos michi huc. Et cum iussisset
turbam discumbere super fenum: acceptis quinque panibus et duobus piscibus: aspiciens in celum
benedixit et fregit et dedit discipulis panes: discipuli autem turbis. Et manducauerunt omnes et sa
turati sunt. Et tulerunt reliquias: duodecim cophinos fragmentorum plenos. Manducancium autem
fuit numerus quinque milia uirorum exceptis mulieribus et paruulis. Et statim iussit discipulos
ascendere in nauiculam: et precedere eum transfretum: donec dimitteret turbas. Et dimissa turba
ascendit in montem solus orare. Uespere autem facto: solus erat ibi. Nauicula autem in medio mari iac
tabatur fluctibus: erat enim contrarius uentus. Quarta autem uigilia noctis: uenit ad eos am
bulans super mare. Et uidentes eum super mare ambulantem: turbati sunt dicentes: quia fantasma est.
Et pre timore: clamauerunt. Statimque ihesus: locutus est eis dicens. Habete fiduciam. Ego sum: nolite timere.
Respondens autem petrus dixit. Domine: si tu es: iube me uenire ad te super aquas. At ipse ait:
bat ueni. Et descendens de nauicula ambula super aquam: ut ueniret ad ihesum. Uidens uero uentum
ualidum: timuit. Et cum cepisset mergi: clamauit dicens. Domine: saluum me fac. Et continuo ihesus exten
dens manum apprehendit eum: et ait illi. Modice fidei quare dubitasti? Et cum ascendisset in nauiculam: ces
sauit uentus. Qui autem in nauicula erant: uenerunt et adorauerunt eum dicentes. Uere: filius
dei es. Et cum transfretassent uenerunt in terram genesar. Et cum cognouissent eum uiri loci illius:
miserunt in uniuersam regionem illam: et obtulerunt ei omnes male habentes: et rogabant eum ut
uel fimbriam uestimenti eius tangerent. Et quicumque tetigerunt: salui facti sunt. xv.
c. 15. Tunc accesserunt ad eum ab ierosolimis scribe et pharisei dicentes. Quare discipuli tui trans ÷ lauant
grediuntur tradicionem seniorum? Non enim ÷ manus suas: cum panem manducant. Ipse autem
respondens: ait illis. Quare et uos transgredimini mandatum dei: propter tradicionem uestram? Nam
deus dixit. Honora patrem et matrem: et qui maledixerit patri uel matri: morte moriatur. Uos autem dicitis:
quicumque dixerit patri uel matri munus quodcumque est ex me: tibi proderit: et non honorificauit patrem suum
aut matrem: et irritum fecistis mandatum dei propter tradicionem uestram. Ypocrite. bene prophetauit de uo
bis ysaias dicens. Populus hic labiis me honorat: cor autem eorum longe est a me. Sine causa autem co
lunt me docentes doctrinas et mandata hominum. Et conuocatis ad se turbis: dixit eis. Audite et intelligi
te. Non quod intrat in os. coinquinat hominem: sed quod procedit de ore: ÷ hoc coinquinat hominem. ÷ hoc
Tunc accedentes discipuli eius: dixerunt ei. Scis quia pharisei audito uerbo scandalizati sunt. At ille
respondens: ait. Omnis plantacio quam non plantauit pater meus celestis: eradicabitur. Sinite illos.
ceci sunt: duces cecorum. Cecus autem si ceco ducatum prestet: ambo in foueam cadunt. Respondens
autem petrus: dixit ei. Edissere nobis parabolam istam. At ille dixit. Adhuc uos sine intellectu
estis? Non intelligitis quia omne quod in os intrat in uentrem uadit: et in secessum emittitur.
Que autem procedunt de ore de corde exeunt: et ea coinquinant hominem. De corde enim exeunt
cogitaciones male. Homicidia: adulteria fornicaciones: furta: falsa testimonia. blasphemie
hec sunt que coinquinant hominem. Non lotis autem manibus manducare: non coinquinat
hominem. Et egressus inde ihesus: secessit in partes tyri: et sydonis. Et ecce mulier chananea: a finibus
illis egressa: clamauit ei dicens. Miserere mei domine fili dauid: filia mea male a demonio uexatur. Qui non
respondit ei uerbum. Et accedentes discipuli eius: rogabant eum dicentes. Dimitte eam: quia clamat
post nos. Ipse autem respondens ait. Non sum missus: nisi ad oues que perierunt domus israel. At
illa uenit: et adorauit eum dicens. Domine: adiuua me. Qui respondens ait. Non est bonum sumere
panem filiorum: et mittere canibus. At illa dixit. Etiam domine. Nam et catelli edunt de micis: que cadunt
de mensa dominorum suorum. Tunc respondens ihesus: ait illi. O mulier: magna est fides tua: fiat tibi sicut uis.
Et sanata est filia illius: ex illa hora. Et cum transisset inde ihesus: uenit secus mare galylee. Et as
cendens in montem: sedebat ibi. Et accesserunt ad eum turbe multe: habentes secum mutos: clau
dos cecos: debiles: et alios multos. Et proiecerunt eos ad pedes eius: et curauit eos: ita ut turbe
mirarentur uidentes mutos loquentes: claudos ambulantes: cecos uidentes. Et magnificabant
deum israel. Ihesus autem conuocatis discipulis suis dixit. Misereor turbe: quia triduo iam perseue
rant mecum: et non habent quod manducent. Et dimittere eos ieiunos nolo ne deficiant in uia.
Et dicunt ei discipuli. Unde ergo nobis in deserto panes tantos: ut saturemus turbam tantam?
Et ait illis ihesus. Quot panes habetis? At illi dixerunt septem: et paucos pisciculos. Et pre

cepit turbe: ut diſcumberent ſuper terram. Et accipiens ſeptem panes et piſces: gratias agens: fregit: et dedit
diſcipulis ſuis: et diſcipuli dederunt populo. Et comederunt omnes: et ſaturati ſunt. Et quod ſuperfuit de
fragmentis: tulerunt ſeptem ſportas plenas. Erant autem qui manducabant quatuor milia hominum
extra paruulos et mulieres. Et dimiſſa turba: aſcendit in nauiculam et venit in fines magedan. Et C. 16.
acceſſerunt ad eum phariſei: et ſaducei temptantes. rogauerunt eum: ut ſignum de celo oſtenderet eis
At ille reſpondens: ait eis. Facto veſpere: dicitis ſerenum erit: rubicundum eſt enim celum. Et ma
ne hodie tempeſtas: rutilat enim triſte celum. Faciem ergo celi diiudicare noſtis: ſigna autem temporum
non poteſtis. Generatio mala et adultera ſignum querit: et ſignum non dabitur ei: niſi ſignum ione
Et relictis illis abiit. Et cum veniſſent diſcipuli eius trans fretum: obliti ſunt panes accipere. Qui dixit illis
Intuemini: et cauete a fermento phariſeorum et ſaduceorum. At illi cogitabant inter ſe dicentes. quia panes non
accepimus. Sciens autem ihesus: dixit. Quid cogitatis inter vos modice fidei. quia panes non habetis
Non dum intelligitis neque recordamini. v. panum et quinque milia hominum: et quot cophinos ſumpſiſ
tis? Neque ſeptem panum et quatuor milia hominum et quot ſportas ſumpſiſtis? Quare non intelligi
tis: quia non de pane dixi vobis. cauete a fermento phariſeorum et ſaduceorum. Tunc intellexerunt: quia
non dixerit cauendum a fermento panum: ſed a doctrina phariſeorum et ſaduceorum. xvi.
Venit autem ihesus in partes ceſaree philippi: et interrogabat diſcipulos ſuos dicens. Quem dicunt ho
mines eſſe filium hominis? At illi dixerunt. Alii iohannem baptiſtam: alii autem heliam: alii vero
ieremiam aut vnum ex prophetis. Dicit illis ihesus. Vos autem quem me eſſe dicitis? Reſpondens ſimon petrus
dixit. Tu es chriſtus filius dei viui. Reſpondens autem ihesus dixit ei. Beatus es ſimon bariona: quia caro et
ſanguis non reuelauit tibi: ſed pater meus qui in celis eſt. Et ego dico tibi: quia tu es petrus: et ſuper hanc
petram: edificabo eccleſiam meam. Et porte inferi: non preualebunt aduerſus eam. et tibi dabo claues
regni celorum. Et quodcumque ligaueris ſuper terram: erit ligatum et in celis. Et quodcumque ſolueris ſuper terram:
erit ſolutum et in celis. Tunc precepit diſcipulis ſuis: ut nemini dicerent: quia ipſe eſſet ihesus chriſtus.
Exinde cepit ihesus oſtendere diſcipulis ſuis: quia oporteret eum ire iheroſolimam et multa pati a ſenioribus
et ſcribis: et principibus ſacerdotum: et occidi: et tertia die reſurgere. Et aſſumens eum petrus: cepit in
crepare illum dicens. Abſit a te domine: non erit tibi hoc. Qui conuerſus: dixit petro. Vade poſt me ſatha
nas ſcandalum es michi. Quia non ſapis ea que dei ſunt. ſed que hominum. Tunc ihesus dixit diſcipulis
ſuis. Siquis vult venire poſt me abneget ſemetipſum: et tollat crucem ſuam: et ſequatur me. Qui enim vo
luerit animam ſuam ſaluam facere: perdet eam. Qui enim perdiderit animam ſuam propter me. inueniet eam. Quid
enim prodeſt homini ſi mundum vniuerſum lucretur anime vero ſue detrimentum patiatur? Aut quam dabit
homo commutationem pro anima ſua. Filius enim hominis venturus eſt in gloria patris ſui cum angelis ſuis. Et tunc
reddet vnicuique: ſecundum opera eius. Amen dico vobis. Sunt quidam de hic ſtantibus qui non guſtabunt mortem.
donec videant filium hominis: venientem in regno ſuo xvii.
Et poſt dies ſex aſſumpſit ihesus petrum et iacobum et iohannem fratrem eius. et duxit illos in montem excelſum
ſeorſum: et transfiguratus eſt ante eos. Et reſplenduit facies eius ſicut ſol: veſtimenta autem eius
facta ſunt alba ſicut nix. Et ecce apparuit illis moyſes et helyas: cum eo loquentes. Reſpondens autem petrus:
dixit ad ihesum. Domine: bonum eſt nos hic eſſe ſi vis faciamus hic tria tabernacula. Tibi vnum moyſi vnum.
et helie vnum. adhuc eo loquente: ecce nubes lucida obumbrauit eos. Et ecce vox de nube dicens. Hic eſt fili
us meus dilectus: in quo michi bene complacuit: ipſum audite. Et audientes diſcipuli: ceciderunt in faciem ſuam
et timuerunt valde. Et acceſſit ihesus et tetigit eos: dixitque eis. Surgite et nolite timere. Leuantes autem
oculos ſuos: neminem viderunt niſi ſolum ihesum. Et deſcendentibus illis de monte: precepit illis ihesus dicens.
Nemini dixeritis viſionem donec filius hominis a mortuis reſurgat. Et interrogauerunt eum diſcipuli dicentes. Quid
ergo ſcribe dicunt quod heliam oportet primum venire. At ille reſpondens: ait eis. Helias quidem venturus eſt: et reſti
tuet omnia. Dico autem vobis. Quia helias iam venit: et non cognouerunt eum ſed fecerunt in eo quecumque vo
luerunt. Sic et filius hominis paſſurus eſt ab eis. Tunc intellexerunt diſcipuli: quia de iohanne baptiſta dixiſſet eis.
Et cum veniſſet ad turbam: acceſſit ad eum homo genibus prouolutus ante eum dicens. Domine miſerere filio
meo quia lunaticus eſt: et male patitur. Nam ſepe cadit in ignem: et crebro in aquam. Et obtuli eum diſci
pulis tuis: et non potuerunt curare eum. Reſpondens ihesus ait. O generatio incredula et peruerſa: quouſ
que ero vobiſcum: uſque quo patiar vos? Afferte huc illum ad me. Et increpauit illum illum ihesus: et exiit
ab eo demonium. Et curatus eſt puer ex illa hora. Tunc acceſſerunt diſcipuli ad ihesum ſecreto et dixerunt:
Quare nos non potuimus eicere illum? Dicit illis. Propter incredulitatem veſtram. Amen quippe dico vobis.
Si habueritis fidem ſicut granum ſinapis ⁘ et tranſibit. Et nichil impoſſibile erit vobis. Hoc genus non eicitur
niſi per orationem et ieiunium. Conuerſantibus autem eis in galilea: dixit illis ihesus. Filius hominis tradendus
eſt in manus hominum: et occident eum: et tertia die reſurget. Et contriſtati ſunt vehementer. Et cum
veniſſent capharnaum. acceſſerunt qui didragma accipiebant ad petrum et dixerunt ei. Magiſter veſter
non ſoluit didragma. Ait etiam. Et cum intraſſet in domum: preuenit eum ihesus dicens. Quid tibi videtur

didragma

⁘ et dicetis monti huic tranſi

symon? Reges terre a quibus accipiunt tributum vel censum a filiis suis: an ab alienis? Et ille dixit ab alienis
Dixit illi ihesus. Ergo liberi sunt filii. Ut autem non scandalizemus eos: vade ad mare. et mitte hamum: et
eum piscem qui primus ascenderit tolle. Et aperto ore eius: invenies staterem. Illum sumens: da eis pro me et te.
c. 18. In illa hora accesserunt discipuli ad ihesum: dicentes. Quis putas maior est in regno celorum?
Et advocans ihesus parvulum: statuit eum in medio eorum: et dixit. Amen dico vobis: nisi conversi fueritis:
et efficiamini sicut parvuli: non intrabitis in regnum celorum. Quicumque ergo humiliaverit se sicut parvulus
iste. hic est maior in regno celorum. Et qui susceperit unum parvulum talem in nomine meo. me suscepit. Qui autem
scandalizaverit unum de pusillis istis qui in me credunt: expedit ei ut suspendatur mola asinaria in col
lo eius: et demergatur in profundum maris. Ve mundo a scandalis. Necesse est enim: ut veniant scan
dala. Verumtamen ve homini per quem scandalum venit. Si autem manus tua vel pes tuus scandalizat te: abscin
de eum et proice abs te. Bonum tibi est ad vitam ingredi debilem vel claudum. quam duas manus vel duos pedes
habentem: mitti in ignem eternum. Et si oculus tuus scandalizat te: erue eum: et proice abs te. Bonum tibi est
unum oculum habentem in vitam intrare quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. Videte ne con
temptatis unum ex his pusillis. Dico enim vobis. Quia angeli eorum in celis semper vident faciem patris mei
qui in celis est. Venit enim filius hominis salvare quod perierat. Quid vobis videtur? si fuerint alicui. c. oves
si et erraverit una ex eis. nonne relinquet nonaginta novem in montibus: et vadit querere eam que erravit
Et si contigerit ut inveniat eam: amen di co vobis: quia gaudebit super eam magis quam super nonagin
ta que non erraverunt. Sic enim est volun tas ante patrem vestrum: qui in celis est: ut non pereat unus
de pusillis istis. Si peccaverit frater tuus in te: vade et corripe eum inter te et ipsum solum. Si te audierit: lucratus eris
fratrem tuum. Si autem non te audierit: adhibe tecum unum vel duos ut in ore duorum testium vel trium: stet omne ver
bum. Quod si non audierit eos: dic ecclesie. Si autem ecclesiam non audierit: sit tibi sicut ethnicus et publicanus
Amen dico vobis: quecumque alligaveritis super terram: erunt ligata et in celo. Et quecumque solveritis super terram:
erunt soluta et in celo. Iterum dico vobis. Quia si duo ex vobis consenserint. super terram de omni re quacumque
petierint: fiet illis a patre meo qui in celis est. Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo: ibi sum in medio
eorum. Tunc accedens petrus ad eum: dixit. Domine: quotiens peccabit in me frater meus. et dimittam ei usque septies?
Dicit illi ihesus. Non dico usque septies: sed usque septuagies septies. Ideo assimilatum est regnum celorum homini regi.
Servus suus et qui voluit rationem ponere [cum servis] oblatus est ei unus qui debebat decem milia talenta. Cum autem non haberet
posset tunc unde redderet: iussit eum dominus venundari: et uxorem eius: et filios: et omnia que habebat et reddi. Procidens
autem servus ille: orabat eum dicens. Patientiam habe in me: et omnia reddam tibi. Misertus est autem
dominus servi illius et dimisit eum: et debitum dimisit ei. Egressus autem servus ille: invenit unum de con
servis suis ille: invenit unum de conservis suis: qui debebat centum denarios. Et tenens: suffocabat
eum dicens. Redde quod debes. Et procidens conservus eius rogabat eum dicens. Patientiam habe in me.
tibi et omnia reddam. Ille autem noluit: sed abiit et misit eum in carcerem donec redderet universum debitum.
Videntes autem conservi eius que fiebant: contristati sunt valde. Et venerunt et narraverunt domino suo
que omnia facta fuerant. Tunc vocavit eum dominus suus et ait illi. Serve nequam omne debitum dimisi tibi
quoniam rogasti me. Nonne ergo oportuit et te misereri conservi tui: sicut et ego misertus tui sum? Et iratus
dominus eius tradidit eum tortoribus: quoadusque redderet universum debitum. Sic et pater meus celestis faciet
c. 19. vobis. si non remiseritis unusquisque fratri suo: de cordibus vestris. Et factum est cum consummasset ihesus ser
mones istos. migravit a galilea : et venit in fines iudee trans iordanem. Et secute sunt eum turbe mul
te. et curavit eos ibi. Et accesserunt ad eum pharisei: temptantes eum dicentes. Si licet homini dimit
tere uxorem suam: quacumque ex causa? Qui respondens: ait eis. Non legistis quia qui fecit ab initio hominem
masculum et feminam: fecit eos. Et dixit. Propter hoc dimittet homo patrem et matrem: et adherebit uxori
sue et erunt duo in carne una. Itaque iam non sunt duo: sed una caro. Quod ergo deus coniunxit: homo
non separet. Dicunt illi. Quid ergo moyses mandavit dare libellum repudii: et dimittere? Ait illis. Quoniam mo
yses ad duritiam cordis vestri: permisit vobis dimittere uxores vestras. Ab initio autem non fuit sic. Dico autem
vobis quia quicumque dimiserit uxorem suam nisi ob fornicationem et aliam duxerit: mechatur. Dicunt ei
discipuli eius. Si ita est causa hominis cum uxore: non expedit nubere. Qui dixit. Non omnes capiunt
verbum istud. sed quibus datum est. Sunt enim eunuchi: qui de matris utero sic nati sunt. Et sunt eu
nuchi qui facti sunt ab hominibus: et sunt eunuchi qui se ipsos castraverunt: propter regnum celorum.
Qui potest capere capiat
Tunc oblati sunt ei parvuli. ut manus ei s imponeret: et oraret. Discipuli autem: increpabant eos
Ihesus vero: ait eis. Sinite parvulos: et nolite prohibere ad me venire. Talium est enim regnum eos
num celorum. Et cum imposuisset eis manus: abiit inde. Et ecce unus accedens: ait illi. Magister bone:
quid boni faciam. ut habeam vitam eternam. Qui dixit ei. Quid me interrogas de bono? Unus
est bonus deus. Si autem vis ad vitam ingredi: serva mandata. Dicit illi. Que? Ihesus autem
dixit. Non homicidium facies. non adulterabis: non facies furtum non falsum testimonium

dices · honora patrem et matrem · et diliges proximum tuum sicut teipsum · Dicit illi adolescens · Omnia
hec custodiui · quid adhuc michi deest? Ait illi ihesus · Si uis perfectus esse uade et uende omnia que ha
bes et da pauperibus · et habebis thesaurum in celo · et ueni sequere me · Cum autem audisset adoles
cens uerbum abiit tristis · Erat enim habens multas possessiones · Ihesus autem dixit discipulis suis
Amen dico uobis quia diues difficile intrabit in regnum celorum · Et iterum dico uobis · Facilius est came
lum per foramen acus transire · quam diuitem intrare in regnum celorum · Auditis autem hiis discipuli mirabantur valde
dicentes · Quis ergo poterit saluus esse? Aspiciens ihesus dixit · Apud homines hoc impossibile est · apud deum
omnia possibilia sunt · Tunc respondens petrus · dixit ei · Ecce nos reliquimus omnia · et secuti sumus te
Quid ergo erit nobis? Ihesus autem dixit illis · Amen dico uobis · quod uos qui secuti estis me in regenera
cione cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue · Sedebitis et uos super sedes duodecim · iudicantes du
odecim tribus israel · Et omnis qui reliquerit domum fratres uel · aut sorores · aut patrem aut matrem aut ux
orem aut filios · aut aut agros · propter meum nomen · centuplum accipiet · et uitam eternam possi
debit · Multi erunt autem primi nouissimi · et nouissimi primi · 77

xx

Simile est regnum celorum homini patrifamilias · qui exiit primo mane conducere operarios in uine
am suam · Conuencione autem facta cum operariis ex denario diurno · misit eos in uineam suam
Et egressus circa horam terciam · uidit alios stantes in foro ociosos · et illis dixit · Ite et uos in uineam meam
et quod iustum fuerit dabo uobis · Illi autem abierunt · Iterum autem exiit circa horam sextam
et nonam horam et fecit similiter · Circa undecimam horam uero exiit · et inuenit alios stantes et dixit
illis · Quid hic statis tota die ociosi? Dicunt ei · quia nemo nos conduxit · Dicit illis · Ite et uos in uineam meam
Cum sero autem factum esset · dicit dominus uinee procuratori suo · Voca operarios · et redde illis mercedem
Incipiens a nouissimis · usque ad primos · Cum uenissent ergo qui circa undecimam horam uenerant · accepe
runt singulos denarios · Et accipientes · murmurabant aduersus patremfamilias · dicentes · Hii nouissimi Venientes autem et primi arbitrati sunt quod plus essent accepturi · acceperunt autem et ipsi singulos denarios ·
una hora fecerunt · et pares illos nobis fecisti · qui portauimus pondus diei et estus? At ille respondens uni
eorum dixit · Amice · non facio tibi iniuriam · Nonne ex denario conuenisti mecum? Tolle quod tuum est et
uade · Volo autem et huic nouissimo dare · sicut et tibi · Aut non licet michi quod uolo facere · an oculus
tuus nequam est · quia ego bonus sum · Sic erunt nouissimi primi · et primi nouissimi · Multi enim sunt uo
cati · pauci autem electi · Et ascendens ihesus iherosolimam · assumpsit xii · discipulos secreto et illis ait · Ecce ascendimus ihero
solimam et filius hominis tradetur principibus sacerdotum et scribis · et condempnabunt eum morte
Et tradent eum gentibus ad illudendum · et flagellandum et crucifigendum et tercia die resurget ·
Tunc accessit ad eum mater filiorum zebedei · cum filiis suis · adorans et petens aliquid ab eo · Qui dixit ei
Quid uis? Ait illi · Dic ut sedeant hii duo filii mei unus ad dexteram tuam · et unus ad sinistram in regno
tuo · Respondens autem ihesus dixit · Nescitis quid petatis · Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum ·
Dicunt ei · possumus · Ait illis · Calicem meum quidem bibetis · sedere autem ad dexteram meam · et ad sinistram
non est meum dare uobis · sed quibus paratum est a patre meo · Et audientes · x · indignati sunt de duobus
fratribus · Ihesus autem uocauit eos ad se et ait · Scitis quia principes gencium dominantur eorum · et qui maiores
sunt potestatem exercent in eos · Non ita erit inter uos · Sed quicumque uoluerit inter uos maior fieri · sit
uester minister · Et qui uoluerit inter uos primus esse · erit uester seruus · Sicut filius hominis non uenit ministra
ri · sed ministrare · Et dare animam suam redempcionem pro multis · Et egredientibus illis ab iericho se
cute sunt eum turbe multe · Et ecce duo ceci sedentes secus uiam · audientes quia ihesus transiret clamaue
runt dicentes · Domine · miserere nostri fili dauid · Turba autem increpabat eos ut tacerent · At illi
magis clamabant dicentes · Domine · miserere nostri fili dauid · Et stetit ihesus et uocauit eos et ait · Quid
uultis ut faciam uobis? Dicunt illi domine · ut aperiantur oculi nostri · Misertus autem eorum ihesus · tetigit
oculos eorum · Et confestim uiderunt · et secuti sunt eum · 77

xxi

Et cum appropinquasset ierosolimis · et uenissent bethfage ad montem oliueti · Tunc ihesus misit
duos discipulos · dicens eis · Ite in castellum · quod contra uos est · et statim inuenietis asinam alli
gatam · et pullum cum ea · Soluite · et adducite michi · Et si quis uobis aliquid dixerit dicite quia dominus
hiis opus habet · et confestim dimittet eos · Hoc autem totum factum est · ut adimpleretur quod dictum est
per prophetam dicentem · Dicite filie syon ecce rex tuus uenit tibi mansuetus · et sedens super asinam
et pullum filium subiugalis · Euntes autem discipuli · fecerunt sicut precepit illis · Et adduxe
runt asinam et pullum · et imposuerunt super eos uestimenta sua · et eum desuper sedere fecerunt · Plu
rima autem turba strauerunt uestimenta sua in uia alii autem cedebant ramos de arboribus
et sternebant in uia · Turbe autem que precedebant · et que sequebantur clamabant dicentes · Osanna
fili dauid · benedictus qui uenit in nomine domini osanna in altissimis · Et cum intrasset ierosoli
mam commota est uniuersa ciuitas dicens · Quis est hic · Populi autem dicebant · hic est ihesus
propheta a nazareth galilee · Et intrauit ihesus in templum dei · et eiciebat omnes uendentes et
ementes in templo · et mensas nummulariorum · et cathedras uendencium columbas euertit

et dicit eis. Scriptum est: domus mea domus orationis uocabitur. Uos autem: fecistis illam speluncam latro
num. Et accesserunt ad eum ceci et claudi in templo et sanauit eos. Uidentes autem principes sacerdotum,
et scribe mirabilia que fecit: et pueros clamantes in templo et dicentes. Osanna filio dauid: indignati sunt
et dixerunt ei. Audis quid isti dicunt? Ihesus autem: dixit eis. Utique: numquam legistis. quia ex ore infan
tium et lactentium perfecisti laudem. Et relictis illis abiit foras extra ciuitatem in bethaniam ibique mansit + docebat
eos de regno dei. Mane autem reuertens in ciuitatem: esuriit. Et uidens fici arborem unam secus uiam uenit illos de
ad eam: nichil inuenit in ea nisi folia tantum. Et ait illi. Numquam ex te fructus nascatur in sem
piternum. Et arefacta est continuo ficulnea. Et uidentes discipuli: mirati sunt dicentes. Quomodo
continuo aruit? Respondens autem ihesus: ait eis. Amen dico uobis. Si habueritis fidem: et non he
sitaueritis: non solum de ficulnea facietis. sed et si monti huic dixeritis tolle et iacta te in mare fiet. Et
omnia quecumque pecieritis in oratione: credentes accipietis. Et cum uenisset in templum: accesserunt ad
eum docentem principes sacerdotum: et seniores populi dicentes. In qua potestate hec facis et quis tibi
dedit hanc potestatem? Respondens ihesus: dixit eis. Interrogabo uos et ego unum sermonem: quem
uobis si dixeritis michi: et ego dicam in qua potestate hec facio. Baptismus iohannis unde erat? e celo an
ex hominibus? At illi cogitabant inter se: dicentes. Si dixerimus e celo: dicet nobis: quare ergo
non credidistis illi? Si autem dixerimus ex hominibus timemus turbam. Omnes enim habebant
iohannem sicut prophetam. Et respondentes ihesu: dixerunt. Nescimus. Ait illis et ipse. Nec ego dico uobis
in qua potestate hec facio. Quid autem uobis uidetur? homo quidam habebat duos filios: et acce
dens ad primum dixit. fili uade hodie operare in uinea mea. Ille autem respondens: ait nolo. Postea autem
penitencia motus: abiit. Accedens autem ad alterum: dixit similiter. At ille respondens ait. Eo domine. Et non iuit.
Quis ex duobus fecit uoluntatem patris? Dicunt: primus. Dicit illis ihesus. Amen dico uobis. Quia publica
ni et meretrices precedunt uos in regno dei. Uenit autem iohannes ad uos in uia iusticie et non credidistis ei.
Publicani autem et meretrices crediderunt ei. Uos autem uidentes nec penitenciam habuistis. postea ut
crederetis ei. Aliam parabolam. Audite. Homo erat pater familias: qui plantauit uineam: et sepem ei
circumdedit et. Et fodit in ea torcular: et edificauit turrim et locauit eam agricolis: et peregre profectus est.
Cum autem tempus fructuum appropinquasset: misit seruos suos ad agricolas: ut acciperent fructus
eius. Et agricole apprehensis seruis eius: alium ceciderunt alium uero lapidauerunt. Iterum misit
alios seruos plures prioribus: et fecerunt illis similiter. Nouissime autem: misit ad eos filium dicens: ue
rebuntur filium meum. Agricole autem uidentes filium: dixerunt intra se. Hic est heres: uenite occida
mus eum: et habebimus hereditatem eius. Et apprehensum eum eiecerunt extra uineam et occiderunt.
Cum ergo uenerit dominus uinee: quid faciet agricolis illis? Aiunt illi. Malos male perdet: et uineam locabit sua
aliis agricolis qui reddant ei fructum temporibus suis. Dicit illis ihesus. Numquam legistis in
scripturis lapidem quem reprobauerunt edificantes. hic factus est in caput anguli? A domino factum
est istud: et est mirabile in oculis uestris. Ideo dico uobis: quia auferetur a uobis regnum celorum et da
bitur genti facienti fructus eius. Et qui ceciderit super lapidem istum: confringetur. Super quem
uero ceciderit conteret eum. Et cum audissent principes sacerdotum et pharisei parabolas eius: cognoue
runt quod de ipsis diceret. Et querentes eum tenere timuerunt turbas: quoniam sicut prophetam eum habebant.
Et respondens ihesus: dixit iterum in parabolis eis dicens. Simile factum est XXII.
regnum celorum homini regi: qui fecit nupcias filio suo. Et misit seruos suos uocare inuitatos
ad nupcias: et nolebant uenire. Iterum misit alios seruos dicens. Dicite inuitatis: ecce prandium
meum paraui. Tauri mei et altilia occisa sunt et omnia parata: uenite ad nupcias. Illi autem neglex
erunt. Et abierunt alius in uillam suam: alius ad negociacionem suam. Reliqui uero tenuerunt
seruos eius: et contumeliis affectos: occiderunt. Rex autem cum audisset iratus est. Et missis exercitibus
suis. perdidit homicidas illos: et ciuitatem illorum succendit. Tunc ait seruis suis. Nuptie quidem
parate sunt: sed qui inuitati erant: non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus uiarum: et quoscumque
inueneritis. ad nupcias uocate. Et egressi serui eius in uias: congregauerunt omnes quos inuenerunt
malos et bonos: et implete sunt nuptie discumbencium. Intrauit autem rex ut uideret discumbentes.
et uidit ibi hominem non uestitum ueste nuptiali et ait illi. Amice: quomodo huc intrasti: non habens
uestem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris. ligatis pedibus eius et manibus
mittite eum in tenebras exteriores ibi erit fletus et stridor dentium. Multi autem sunt uocati
pauci uero electi. Tunc abeuntes pharisei consilium inierunt: ut caperent eum in sermone. Et
mittunt ei discipulos suos: cum herodianis: dicentes. Magister scimus quia uerax es: et uiam dei
in ueritate doces. Et non est tibi cura de aliquo: non enim respicis personam hominum. Dic ergo
tibi nobis quid tibi uidetur. Licet censum dare cesari: an non. Cognita autem ihesus nequicia eorum.
ait. Quid me temptatis hypocrite? Ostendite michi numisma census. At illi obtulerunt
ei denarium. Et ait illis ihesus. Cuius est ymago hec et superscripcio? Dicunt ei: cesaris. Tunc

ait

ait illis. Reddite ergo que ſunt ceſaris ceſari: et que ſunt dei deo. Et audientes mirati ſunt. Et relicto
eo abierunt. In illo die acceſſerunt ad eum ſaducei: qui dicunt non eſſe reſurrectionem. Et interro
gauerunt eum dicentes. Magiſter moyſes dixit. ſiquis mortuus fuerit non habens filiũ: ut du
cat fr̄ eius uxorem illius: ⁊ ſuſcitet ſemen fr̄i ſuo. Erant autem apud nos ſeptem fr̄es. Et p̄mus uxo
re ducta defunctus eſt: et non habens ſemen: reliquit uxorem ſuam: fr̄i ſuo. Similiter ſecundus:
et tertius uſq; ad ſeptimũ. Nouiſſime autem om̄i: et mulier defuncta eſt. In reſurrectione ergo:
cuius erit de ſeptem uxor? Omnes enim habuerunt eam. Reſpondens autem ihc̄ ait illis. Er
ratis: neſcientes ſcripturas. neq; uirtutem dei. In reſurrectione enim: neq; nubent. neq; nubentur: ſz
ſunt ſicut angeli dei in celo. De reſurrectione mortuoꝝ non legiſtis: quod dictum eſt a deo dicente
nobis. Ego ſum deus abraham: et deus yſaac: et deus iacob. Non eſt deus mortuoꝝ: ſed uiuenci
um. Et audientes turbe. mirabantur in doctrina eius. Pharisei autem audientes. quod ſilenciũ
impoſuiſſet saduceis. conuenerunt in unum. Et interrogauit eum unus ex eis legis doctor. tep
tans eum. Magiſter quod eſt mandatum magnum in lege? Ait illi ihc̄. Diliges dn̄m deum
tuum ex toto corde tuo: ⁊ in tota anima tua: et in tota mente tua. Hoc eſt maximũ: et p̄mum mā
datum. Secundum autem: ſimile eſt huic. Diliges proximum tuum: ſicut te ipm̄. In his du
obus mandatis: uniuerſa lex pendet et p̄phe. Congregatis ergo phariſeis: interrogauit eos ihc̄
dicens. Quid uobis uidetur de xp̄o: cuius filius eſt? Dicunt ei: dauid. Ait illis. Quomō ergo dauid
in ſp̄u: uocat dn̄m eum dicens. Dixit dn̄s dn̄o meo: ſede a dextris meis. Donec ponam inimicos
tuos ſcabellum pedum tuoꝝ. Si ergo dauid uocat eum dn̄m: quomodo filius eius eſt? Et ne
mo poterat reſpondere ei uerbum: neq; auſus fuit quiſq̄ ex illa die eum amplius interrogare.
Tunc locutus eſt ihc̄ ad turbas: et ad diſcipulos ſuos dicens. xxiij.
Super cathedram moyſi: ſederunt ſcribe et phariſei. Omnia ergo quecumq; dixerint uo
bis: ſeruate et facite. Secundum opa uero eorum: nolite facere. Dicunt enim: ⁊ non faciunt. Alligant
autem onera grauia ⁊ importabilia. et imponunt in humeros hominũ. digito autem ſuo nolũt
ea mouere. Omnia uero opa ſua faciunt: ut uideantur ab hominibus. Dilatant enim philacteria
ſua: et magnificant fimbrias. Amant autem p̄mos recubitus in cenis: et p̄mas cathedras in ſynagogis
et ſalutationes in foro: et uocari ab hominibus rabbi. Vos autem nolite uocari rabbi: unus eſt enim
magiſter ueſter. Omnes autem uos: fr̄es eſtis. Et prēm nolite uocare uobis ſuper terram. unus eſt eñ
p̄r ur̄ qui in celis eſt. Nec uocemini magiſtri: quia magiſter ur̄ unus eſt xp̄us. Qui maior eſt urm̄.
erit miniſter ur̄. Qui autem ſe exaltauit: humiliabitur: et qui ſe hũiliauerit exaltabitur. Ve aũt
uobis ſcribe et phariſei hypochrite: quia clauditis regnum celoꝝ ante homines. Vos enim non
intratis: nec introeuntes. ſinitis intrare. Ve uobis ſcribe et phariſei hypocrite qui comeditis domus
uiduaꝝ orōe longe orantes. pp̄t hoc amplius accipietis iudicium. Ve uobis ſcribe et phariſei hypo
crite: qui circuitis mare et aridam: ut faciatis unũ proſelitum. Et cum fuit factus facitis eum
filium gehenne duplo quam uos. Ve uobis duces ceci. Qui dicitis quicumq; iurauerit p templũ
dei nichil eſt. Qui autem iurauerit in auro templi: debet. Stulti et ceci quid enim maius ē. aur
an templum. quod ſcīficat aurum? Et quicumq; iurauit in altari: nichil eſt. Quicumq; autem
iurauerit in dono quod eſt ſup illud. debet. Ceci: quid enim maius eſt, donũ: an altare. quod ſcīfi
cat donũ. Qui ergo iurauit in altari iurat in eo: et in omnibus que ſup illud ſunt. Et qui iurauit
in templo iurat in illo: et in eo qui habitat in ipo. Et qui iurat in celo: iurat in throno dei: et in eo qui
ſedet ſuper eum. Ve uobis ſcribe hypocrite phariſei, qui decimatis mentam: ⁊ anetum ⁊ cyminum
et reliquiſtis que grauiora ſunt legis: iudicium: ⁊ miam: et fidem. Hec oportuit facere: ⁊ illa nō
omittere. Duces ceci, excolantes culicem, camelum autem glucientes. Ve uobis ſcribe phariſei
hypochrite: qui mundatis quod deforis eſt calicis et paropſidis: intus autem pleni eſtis rapina
et immũdicia. Pharisee cece, mũda pus quod intus eſt calicis ⁊ paropſidis. ut fiat et id quod
deforis eſt mundum. Ve uobis ſcribe phariſei hypocrite, quia ſimiles eſtis ſepulchris dealba
tis: que foris aparent hominibus ſpecioſa: intus uero plena ſunt oſſibus mortuoꝝ: et omni
ſpurciciã. Sic et uos aforis quidem paretis hominibus iuſti: intus autem pleni eſtis hypo
chriſi et iniquitate. Ve uobis ſcribe phariſei hypocrite: qui edificatis ſepulchra p̄phaꝝ
⁊ ornatis monumenta iuſtoꝝ ⁊ dicitis. Si fuiſſemus in diebus patrum nr̄oꝝ: nō eſſe
mus ſocii eoꝝ in ſanguine p̄phaꝝ. Itaq; teſtimonio eſtis uobis metipſis: quia filii
eſ tis eoꝝ qui p̄phas occiderunt. Et uos implete menſurã patrum ur̄oꝝ. Serpentes
genimina uiparum quomō fugietis a iudicio gehenne? Ideo ecce ego mitto ad uos p̄phas: ⁊
ſapientes et ſcribas: et ex illis occidetis, crucifigetis ⁊ ex illis flagellabitis in ſynagogis ur̄is
et pſequemini de ciuitate in ciuitatem: ut ſup uos ueniat omnis ſanguis iuſtus. qui effu
ſus eſt ſup terram. A ſanguine abel iuſti: uſq; ad ſanguinem zacharie filii barachie: quē occi

dictis inter templum et altare. Amen dico vobis: venient hec omnia super generacionem istam. Jerusalem
Jerusalem que occidis prophetas: et lapidas eos qui ad te missi sunt. Quociens volui congregare filios tuos
quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas: et noluisti. Ecce relinquetur vobis: do
mus vestra deserta. Dico enim vobis. Non me videbitis amodo: donec dicatis. Benedictus qui venit in
nomine domini. ·xxiiii·

Et egressus ihesus ibat de templo. Et accesserunt discipuli eius: ut ostenderent ei edificaciones templi
Ipse autem respondens: dixit illis. Videtis hec omnia? Amen dico vobis: non relinquetur hic la
pis super lapidem: qui non destruatur. Sedente autem eo super montem oliveti: accesserunt ad eum
discipuli secreto dicentes. Dic nobis: quando hec erunt: et quod signum adventus tui et consummacio
nis seculi? Et respondens ihesus: dixit eis. Videte ne quis vos seducat. Multi enim venient in nomine
meo: dicentes. Ego sum christus: et multos seducent. Audituri enim estis prelia: et opiniones pre
liorum: videte ne turbemini. Oportet enim hec fieri: sed non dum statim finis. Consurget enim gens in
gentem: et regnum in regnum: et erunt pestilencie et fames: et terre motus per loca. Hec autem om
nia sunt dolorum. Tunc tradent vos in tribulacionem: et occident vos et eritis odio omnibus gen
tibus propter nomen meum. Et tunc scandalizabuntur multi: et invicem tradent: et odio habebunt invi
cem. Et multi pseudo prophete surgent: et seducent multos. Et quoniam habundavit iniquitas: refrige
scet caritas multorum. Qui autem perseveraverit usque in finem: hic salvus erit. Et predicabitur hoc
ewangelium regni in universo orbe in testimonium omnibus gentibus: et tunc veniet consummacio. Cum
ergo videritis abhominacionem desolacionis: que dicta est a daniele propheta: stantem in loco sancto: qui
legit intelligat. Tunc qui in iudea sunt: fugiant ad montes. et qui in tecto: non descendant tollere
aliquid de domo sua. Et qui in agro: non revertatur tollere tunicam suam. Ve autem pregnantibus
et nutrientibus in illis diebus. Orate autem: ut non fiat fuga vestra hyeme vel sabbato. Erit enim tunc
tribulacio magna. qualis non fuit ab inicio mundi usque modo: neque fiet. Et nisi breviati fuissent dies
illi: non fieret salva omnis caro. Sed propter electos: breviabuntur dies illi. Tunc siquis vobis dixerit ec
ce hic christus: aut illic: nolite credere. Surgent enim pseudo christi: et pseudo prophete: et dabunt signa magna
et prodigia. ita ut in errorem inducantur. si fieri potest etiam electi. Ecce predixi vobis. Si ergo dixe
rint vobis ecce in deserto est: nolite exire. Ecce in penetralibus: nolite credere. Sicut enim fulgur exit
ab oriente: et paret usque in occidentem: ita erit adventus filii hominis. Ubicumque fuit corpus: illic
congregabuntur aquile. Statim autem post tribulacionem dierum illorum: sol obscurabitur: et luna
non dabit lumen suum. Et stelle cadent de celo. et virtutes celorum commovebuntur: et tunc parebit
signum filii hominis in celo. Et tunc plangent se omnes tribus terre. et videbunt filium hominis venien
tem in nubibus celi: cum virtute multa et maiestate. Et mittet angelos suos cum tuba et voce mag
na et congregabunt electos eius. a quatuor ventis. a summis celorum: usque ad terminos eorum. Ab arbore
autem fici: discite parabolam. Cum iam ramus eius tener fuerit: et folia nata: scitis quia prope est estas
Ita et vos cum videritis hec omnia: scitote quia prope est in ianuis. Amen dico vobis: quia non preter
ibit hec generacio: donec omnia fiant. Celum et terra transibunt verba autem mea non preteribunt. De die
autem illa et hora nemo scit: neque angeli celorum: nisi pater solus. Sicut autem in diebus noe. ita erit et ad
ventus filii hominis. Sicut enim erant in diebus ante diluvium comedentes et bibentes nubentes
et nuptui tradentes usque ad eum diem quo intravit in archam noe: et non cognoverunt donec venit
diluvium: et tulit omnes. Ita erit adventus filii hominis. Tunc duo erunt in agro: unus assume
tur: et unus relinquetur. Due molentes in mola. una assumetur et una relinquetur. Duo in lecto
unus assumetur et alter relinquetur. Vigilate ergo: quia nescitis qua hora dominus vester venturus
sit. Illud autem scitote: quoniam si sciret paterfamilias. qua hora venturus fur esset vigilaret utique et
non sineret perfodi domum suam. Ideo et vos estote parati: quia nescitis qua hora filius hominis
venturus est. Quis putas est fidelis servus et prudens quem constituit dominus suus supra fami
liam suam: ut det illis cibum in tempore? Beatus ille servus: quem cum venerit dominus eius: inve
nerit sic facientem. Amen dico vobis: quoniam super omnia bona sua constituet eum. Si autem dixe
rit malus servus ille in corde suo. moram facit dominus meus venire: et ceperit percutere conservos
suos manducet autem et bibat cum ebriosis veniet dominus servi illius in die qua non sperat: et
hora qua ignorat et dividet eum partemque eius ponet cum ypocritis: illic erit
fletus: et stridor dencium. ·xxv·

Tunc simile erit regnum celorum decem virginibus que accipientes lampades suas:
exierunt obviam sponso et sponse. Quinque autem ex eis erant fatue et quinque prudentes
Sed quinque fatue acceptis lampadibus: non sumpserunt oleum secum. Prudentes vero ac
ceperunt oleum in vasis suis: cum lampadibus. Mora autem faciente sponso: dormitaverunt
omnes: et dormierunt. Media autem nocte clamor factus est: ecce sponsus venit: exite obviam ei.

Tunc ſurrexerunt omnes uirgines ille: et ornauerunt lampades ſuas· Fatue autem: ſapientibus
dixerunt· Date nobis de oleo urõ: quia lampades nře extinguntur· Reſponderunt prudentes dicen
tes· Ne forte non ſufficiat nobis et uobis: ite potius ad uendentes et emite uobis· Dum autem irent
emere: uenit ſponſus· Et que parate erant intrauerunt cum eo ad nuptias et clauſa eſt ianua· Nouiſſi
me uero ueniunt ⁊ relique uirgines dicentes· Domine: dñe aperi nobis· At ille reſpondens ait· Amē
dico uobis: neſcio uos· Uigilate itaq; neſcitis diem: neq; horam· Sicut enim homo peregre proficiſ — quia
cens uocauit ſeruos ſuos: et tradidit illis bona ſua· Et uni dedit quinq; talenta: alij autem duo:
alij uero unum· Unicuiq; ſcdm̄ propriam uirtutem: et profectus eſt ſtatim· Abijt autem qui quinq;
talenta acceperat: lucratus eſt alia duo· Qui autem unum acceperat: abiens fodit in terram ⁊ ab — ⁊ operatus ē i eis ⁊
ſcondit pecuniam domini ſui· Poſt multum uero temporis: uenit dñs ſeruorum illorum: ⁊ poſuit ra — lucratus ē alia quī
tionem cum eis· Et accedens qui quinq; talenta acceperat obtulit alia quinq; talenta dicens· — qui duo accep
Domine: quinq; talenta tradidiſti michi: ecce alia quinq; ſup lucratus ſum· Ait illi dñs eius:
Euge ſerue bone et fidelis: quia ſup pauca fuiſti fidelis ſup multa te conſtituam intra in gaudium
dñi tui· Acceſſit autem et qui duo talenta acceperat et ait· Domine duo talenta tradidiſti michi
ecce alia duo lucratus ſum· Ait illi dñs eius· Euge ſerue bone ⁊ fidelis quia ſup pauca fuiſti
fidelis· ſup multa te conſtituam· intra in gaudium dñi tui· Accedens autem qui unũ talentũ
acceperat: et ait· Domine: ſcio quia homo durus es· metis ubi non ſeminaſti et congregas ubi nõ
ſparſiſti· Et timens abij et abſcondi talentum tuum in terra· Ecce habes quod tuum eſt· Reſpondẽs
autem dñs eius: dixit ei· Serue male et piger· ſciebas quia meto ubi non ſemino· et congrego ubi
non ſparſi· Oportuit ergo te committere pecuniam meam nummulariis· et ueniens ego recepiſſem utiq; qđ
meum eſt cum uſura· Tollite itaq; talentum ab eo et date ei qui habet decem talenta· Omni enim ha
benti dabitur et habundabit· Ei autem qui non habet: et quod uidetur habere auferetur ab eo·
Et inutilem ſeruum eicite in tenebras exteriores· Illic erit· fletus et ſtridor dentium· Cum aut
uenerit filius hominis in maieſtate ſua: et omnes angeli cum eo· tunc ſedebit ſuper ſedem maieſta
tis ſue et congregabuntur ante eum omnes gentes et ſeparabit eos ab inuicem: ſicut paſtor ſegregat
oues ab hedis· Et ſtatuet oues a dextris ſuis· hedos autem a ſiniſtris· Tunc dicet rex hijs qui a dextris
eius erunt· Uenite bñdicti přis mei: poſſidete paratum uobis regnum: a conſtitutione mundi· E
ſuriui enim et dediſtis michi manducare· Sitiui et dediſtis michi bibere· Hoſpes eram et colle
giſtis me nudus· et operuiſtis me· infirmus et uiſitaſtis me in carcere eram et ueniſtis ad me· Tūc
reſpondebunt ei iuſti dicentes· Domine: quando te uidimus eſurientem: ⁊ pauimus te: Siti en
tem: et dedimus tibi potum: Quando te uidimus hoſpitem et collegimus te: Aut quando te ui
dimus infirmum· aut in carcere et uenimus ad te: Et reſpondens rex dicet illis· Amen dico
uobis· quam diu feciſtis uni de hijs fratribus meis minimis· michi feciſtis· Tunc dicet et hijs qui
a ſiniſtris eius erunt· Diſcedite a me maledicti in ignem eternum: qui paratus eſt dyabolo
et angelis eius· Eſuriui enim et non dediſtis michi manducare· Sitiui et non dediſtis michi
potum· Hoſpes eram· et non collegiſtis me· Nudus et non operuiſtis· Infirmus et in carcere·
et non uiſitaſtis me· Tunc reſpondebunt ei et ipſi dicentes· Domine quando te uidimus eſuri
entem· aut ſitientem· aut hoſpitem· aut nudum· aut infirmum· aut in carcere· ⁊ non miniſtra
uimus tibi: Tunc reſpondebit illis dicens· Amen dico uobis· quam diu non feciſtis· uni de mi
noribus iſtis· non michi feciſtis· Et ibunt hij· in ſupplicium eternum· Iuſti autem in uitam eternã·
Et factum eſt cum conſummaſſet ihus ſermones hos omnes· dixit diſcipulis xxvi· — c. 26.
ſuis· Scitis quia poſt biduum paſcha fiet: et filius hominis tradetur ut crucifigatur: Tūc
congregati ſunt principes ſacerdotum et ſeniores populi in atrium principis ſacerdotum· qui dicebã
tur cayphas· Et conſilium fecerunt ut ihm dolo tenerent et occiderent· Dicebant autem: nõ
in die feſto: ne forte tumultus fieret in populo· Cum autem eſſet ihus in bethania in domo ſymo
nis leproſi: acceſſit ad eum mulier habens alabaſtrum unguenti precioſi et effudit ſup caput
ipſius recumbentis· Uidentes autem diſcipuli: indignati ſunt dicentes· Ut quid perdicio
hec: Potuit enim iſtud uenundari multo: et dari pauperibus· Sciens autem ihus: ait illis:
Quid moleſti eſtis huic mulieri: Opus bonum operata eſt in me· Nam ſemper pauperes ha
betis uobiſcum: me autem non ſemper habebitis· Mittens enim h̄ unguentum hoc in corpus
meũ: ad ſepeliendũ me fecit· Amen dico uobis· ubicũq; predicatũ fuit hoc euangeliũ in toto mũ
do dicetur· et quod hec fecit in memoriam eius· Tunc abijt unus de duodecim qui dicitur iudas
ſcarioth ad principes ſacerdotum: et ait illis· Quid uultis michi dare· et ego tradam uobis
eum: At illi: conſtituerunt ei triginta argenteos· Et exinde querebat oportunitatem: ut eum
traderet· Prima autem azimorum die acceſſerunt diſcipuli ad ihm: dicentes· Ubi uis paremus
tibi comedere paſcha: At ihus dixit· Ite in ciuitatem ad quendam: et dicite ei· Magiſter dicit

tempus meum prope eſt: aput te facio paſcha cum diſcipulis meis. Et fecerunt diſcipuli ſicut con
ſtituit illis ihus: et parauerunt paſcha. Veſpere autem facto: diſcumbebat cum duodecim diſcipulis
ſuis: et edentibus illis dixit. Amen dico uobis quia unus ueſtrum me traditurus eſt. Et contriſtati ſunt
ualde et ceperunt ſinguli dicere. Numquid ego ſum domine? At ipſe reſpondens ait. Qui intingit me
cum manum in paropſide: hic me tradet. Filius quidem hominis uadit ſicut ſcriptum eſt de illo. Ve
autem homini illi: per quem filius hominis tradetur. Bonum erat ei ſi natus non fuiſſet homo il
le. Reſpondens autem iudas qui tradidit eum dixit. Numquid ego ſum rabbi? Ait illi. Tu dix
iſti. Cenantibus autem eis accepit ihus panem: et benedixit: ac fregit: deditque diſcipulis ſuis
et ait. Accipite et comedite. hoc eſt corpus meum. Et accipiens calicem gratias egit et dedit illis di
cens. Bibite ex hoc omnes: hic eſt enim ſanguis meus noui teſtamenti: qui pro multis effun
detur in remiſſionem peccatorum. Dico autem uobis. non bibam amodo de hoc genimine uitis: uſque
in diem illum: cum illud bibam uobiſcum nouum in regno patris mei. Et ympno dicto: exierunt in
montem oliueti. Tunc dicit illis ihus. Omnes uos ſcandalum patiemini in me. in iſta nocte. Scrip
tum eſt enim: percuciam paſtorem et diſpergentur oues gregis. Poſtquam autem ſurrexero: precedam
uos in galyleam. Reſpondens autem petrus: ait illi. Et ſi omnes ſcandalizati fuerint in te:
ego numquam ſcandalizabor. Ait illi ihus. Amen dico tibi: quia in hac nocte antequam gallus
cantet: ter me negabis. Ait illi petrus. Etiam ſi oportuerit me mori tecum: non te negabo. Si
militer et omnes diſcipuli dixerunt. Tunc uenit ihus cum illis in uillam que dicitur gethſemani.
et dixit diſcipulis ſuis. Sedete hic: donec uadam illuc et orem. Et aſſumpto petro et duo
bus filiis zebedei: cepit contriſtari et meſtus eſſe. Tunc ait illis. Triſtis eſt anima mea uſque ad mor
tem: ſuſtinete hic et uigilate mecum. Et progreſſus puſillum procidit in faciem ſuam: orans et
dicens. Mi pater. ſi poſſibile eſt: tranſeat a me calix iſte. Verumtamen non ſicut ego uolo: ſed ſicut
tu. Et uenit ad diſcipulos ſuos et inuenit eos dormientes: et dicit petro. Sic non potuiſtis
una hora uigilare mecum? Vigilate et orate: ut non intretis in temptationem. Spiritus quidem
promptus eſt caro autem infirma. Iterum ſecundo abiit et orauit dicens. Pater mi: ſi non po
teſt hic calix tranſire niſi bibam illum. fiat uoluntas tua. Et uenit iterum. et inuenit eos
dormientes. Erant enim oculi eorum grauati. Et relictis illis: iterum abiit et orauit tercio.
eundem ſermonem dicens. Tunc uenit ad diſcipulos ſuos: et dicit illis. Dormite iam et re
quieſcite. Ecce appropinquabit hora: et filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgi
te eamus. Ecce appropinquabit: qui me tradet. Adhuc ipſo loquente: ecce iudas unus de
duodecim uenit: et cum eo turba multa cum gladiis et fuſtibus: a principibus ſacerdotum
miſſi et ſenioribus populi. Qui autem tradidit eum. dedit eis ſignum dicens. Quemcumque
oſculatus fuero: ipſe eſt: tenete eum. Et confeſtim accedens ad ihm: dixit. Aue rabbi. Et oſ
culatus eſt eum. Dixit illi ihus. Amice: ad quod uenisti? Tunc acceſſerunt et manus in
iecerunt in ihm: et tenuerunt eum. Et ecce unus ex hiis qui erant cum ihu: extendens manum
exemit gladium ſuum: et percutiens ſeruum principis ſacerdotum: amputauit auriculam eius.
Tunc ait illi ihus: conuerte gladium tuum: in locum ſuum: omnes enim qui acceperint gladium gla
dio peribunt. An putas quia non poſſum rogare patrem meum: et exhibebit michi modo pluſquam
duodecim legiones angelorum? Quomodo ergo implebuntur ſcripture? quia ſic oportet fieri. In
illa hora: dixit ihus turbis. Tamquam ad latronem exiſtis cum gladiis et fuſtibus comprehen
dere me: cotidie apud uos ſedebam docens in templo: et non me tenuiſtis. Hoc autem to
tum factum eſt. ut implerentur ſcripture prophetarum. Tunc diſcipuli omnes relicto eo fugerunt
At illi tenentes ihm duxerunt ad caypham principem ſacerdotum: ubi ſcribe et ſeniores conue
nerant. Petrus autem ſequebatur eum a longe. uſque in atrium principis ſacerdotum. Et in
greſſus intro: ſedebat cum miniſtris: ut uideret finem. Principes autem ſacerdotum et omne
concilium querebant falſum teſtimonium contra ihm: ut eum morti traderent: et non in
uenerunt: cum multi falſi teſtes aduenissent nouiſſime autem uenerunt duo falſi teſtes
et dixerunt. Hic dixit: poſſum deſtruere templum dei: et poſt triduum reedificare illud
Et ſurgens princeps ſacerdotum ait illi. Nichil reſpondes ad ea que iſti aduerſum te teſti
ficantur? Ihus autem tacebat. Et princeps ſacerdotum ait illi. Adiuro te per deum uiuum. ut di
cas nobis ſi tu es xpiſtus filius dei. Dicit illi ihus. Tu dixiſti. Verumtamen dico uobis. Amodo
dei uidebitis filium hominis ſedentem a dextris uirtutis: et uenientem in nubibus celi. Tunc
princeps ſacerdotum: ſcidit ueſtimenta ſua dicens. Blaſphemauit: quid adhuc egemus
teſtibus. Ecce nunc audiſtis blaſphemiam: quid uobis uidetur. At illi reſpondentes dix
erunt. Reus eſt mortis. Tunc expuerunt in faciem eius: et colaphis eum ceciderunt
Alii autem: palmas in faciem ei dederunt dicentes. Prophetiza nobis xpe: quis eſt qui

te pauisset. Petrus vero sedebat foris in atrio. Et accessit ad eum una ancilla: dicens: et tu cum
ihu galileo eras. At ille: negauit coram omnibus dicens. Nescio quid dicis. Exeunte autem
illo ianuam uidit eum alia ancilla: et ait hys qui erant ibi. Et hic erat cum ihu nazareno. Et
iterum negauit cum iuramento. quia non noui hominem. Et post pusillum: accesserunt qui
stabant: et dixerunt petro. Vere: et tu ex illis es. Nam et loquela tua manifestu te facit. Tuc
cepit detestari et iurare: quia non nouisset hominem. Et continuo: gallus cantauit. Et recor
datus est petrus uerbi ihu quod dixerat priusquam gallus cantet: ter me negabis. Et egres
sus foras fleuit amare.

xxvii

Mane autem facto: consilium inierunt omnes pncipes sacerdotum et seniores adusus
ihm: ut eum morti traderent. Et uinctum adduxerunt eum: et tradiderunt pontio
pylato presidi. Tunc uidens iudas qui eum tradidit quod dampnatus esset: penitencia
ductus retulit triginta argenteos pncipibus sacerdotum. et senioribus dicens. Peccaui:
Tradens sanguinem iustum. At illi dixerunt. Quid ad nos: tu uideris. Et proiectis argenteis
in templo: recessit. Et abiens: laqueo se suspendit. Pncipes autem autem sacerdotu acceptis
argenteis dixerunt. Non licet mittere eos in corbanam quia precium sanguinis est. Consilio
autem inito: emerunt ex illis agrum figuli in sepulturam peregrinoz. Propt hoc uocatus est
ager ille acheldemach: hoc est ager sanguinis: usq; in hodiernum diem. Tunc impletum
est quod dictum est per iheremiam pphām dicentem. Et acceperunt triginta argenteos pre
cium appreciati: quod appreciauerunt a filiis isrl. Et dederunt eos in agrum figuli: sicut consti
tuit michi dns. Ihus autem stetit ante presidem. Et interrogauit eum preses dicens. Tu es rex
iudeoz. Dicit illi ihus. Tu dicis. Et cum accusaretur a pncipibus sacerdotum et senioribus: nich
il respondit. Tunc dicit illi pylatus. Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia. Et nō
respondit ei ad ullum uerbum: ita ut miraretur preses uehementer. Per diem autem sollemp
nem consueuerat preses dimittere pplo unum uinctum: quē uoluissent. Habebat autē
tunc uinctū insignem: qui dicebatur barrabas. Congregatis ergo illis: dixit pylatus.
Quem uultis dimittam uobis barraban: an ihm qui dicitur xpus. Sciebat enim: qd
per inuidiam eum tradidissent. Sedente autem illo pro tribunali: misit ad eum uxor sua dicens:
Nichil tibi: et iusto illi. Multa enim passa sum hodie per uisum propter illum. Principes autē
sacerdotum et seniores: psuaserunt pplis: ut peterent barraban: ihm uero pderent. Respon
dens autem preses: ait illis. Quem uultis uobis de duobus dimitti. At illi dixerunt barra
ban. Dicit illis pylatus. Quid igitur faciam de ihu: qui dicitur xpus. Dicunt omnes: cru
cifigatur. Ait illis preses. Quid enim mali fecit. At illi magis clamabant dicentes. Cru
cifigatur. Videns autem pylatus quia nichil proficeret. sed magis tumultus fieret: accep
ta aqua lauit manus coram pplō dicens. Innocens ego sum a sanguine huius iusti: uos uideritis. Et re
spondens uniuersus pplus dixit. Sanguis eius: sup nos et sup filios nros. Tunc dimisit illis bar
raban: ihm autem flagellatum tradidit eis: ut crucifigeretur. Tunc milites presidis suscipien
tes ihm in pretorio: congregauerunt ad eum uniuersam cohortem. Et exuentes eum: clamidem coc
cineam circumdederunt ei. Et plectentes coronam de spinis: posuerunt sup caput eius: et harū
dinem in dexteram eius. Et genu flexo ante eum: illudebant dicentes: Aue rex iudeoz. Et ex
puentes in eum: acceperunt harundinem et percutiebant caput eius. Et postquam illuserunt
ei: exuerunt eum clamide: et induerunt eum uestimentis eius. Et duxerunt eum: ut cru
cifigerent. Et exeuntes: inuenerunt hominem cyreneum nomine symonem: hunc angari
auerunt ut tolleret crucem eius. Et uenerunt in locum qui dicitur golgotha. quod est caluarie
locus. Et dederunt ei uinum bibere: cum felle mixtū et cum gustasset. noluit bibere. Postquam
autem crucifixerunt eum: diuiserunt uestimenta eius sortem mittentes ut adimpleretur quod dic
tum est per pphām dicentem. Diuiserunt uestimenta sibi mea et sup uestem meam miserūt
sortem et sedentes: seruabant eum. Et imposuerunt sup caput eius: causam ipsius scriptam
Hic est ihus: rex iudeoz. Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones: unus a dextris: et unus
a sinistris. Pretereuntes autem: blasphemabant eum: mouentes capita sua et dicentes.
Vach. qui destruit templum dei: et in triduo illud reedificat. Salua temetipm: si filius dei es:
descende de cruce. Similiter et pncipes sacerdotum illudentes cum scribis et senioribus dicebant. Alios
saluos fecit seipm non potest saluum facere. Si rex isrl' est. descendat nunc de cruce: et credimus
ei. Confidit in deo. liberet eum nunc si uult. Dixit enim: quia dei filius sum. Idipm autem et
latrones qui crucifixi erant cum eo: improperabant ei. A sexta autem hora: tenebre facte sunt super
uniuersam terram: usq; ad horam nonam. Et circa horam nonam: clamauit ihus uoce magna di
cens. Hely: hely: lama sabactani. Hoc est deus meus: ds mS: ut quid dereliquisti me. Quidā

autem illic stantes et audientes dicebant· Heliam vocat iste· Et continuo currens unus ex eis accep
tam spongiam implevit aceto: et inposuit harundini et dabat ei bibere· Ceteri vero dicebant
Sine videamus: an veniat helias liberans eum· Ihesus autem iterum clamans voce magna: e
misit spiritum· Et ecce velum templi scissum est in duas partes· a summo usque deorsum· Et terra mota est: et
petre scisse sunt: et monumenta aperta sunt: et multa corpora sanctorum qui dormierant surrexerunt· Et
exeuntes de monumentis post resurrectionem eius: venerunt in sanctam civitatem: et apparuerunt
multis· Centurio autem et qui cum eo erant custodientes ihesum viso terre motu et hys que fiebant·
timuerunt dicentes· Vere: dei filius erat iste· Erant autem ibi mulieres multe a longe: que secute
erant ihesum a galilea ministrantes ei· Inter quas erat maria magdalena: et maria iacobi: et ioseph
mater· et mater filiorum zebedei· Cum sero autem factum esset: venit quidam homo dives ab ari
mathia: nomine ioseph· qui et ipse discipulus erat ihesu hic accessit ad pylatum et peciit corpus ihesu· Tunc
pylatus iussit reddi corpus· Et accepto corpore ioseph et involvit illud in sindone munda: et posuit
illud in monumento suo novo: quod exciderat in petra· Et advolvit saxum magnum: ad ostium
monumenti: et abiit· Erat autem ibi maria magdalena: et altera maria: sedentes contra sepul
chrum· Altera autem die que est post parasceven: convenerunt principes sacerdotum et pharisei
ad pylatum dicentes· Domine: recordati sumus quia seductor ille dixit· adhuc vivens: post tres
dies resurgam· Iube ergo custodiri sepulchrum· usque in diem tercium: ne forte veniant discipuli eius et
furentur eum: et dicant plebi: surrexit a mortuis· Et erit novissimus error: peior priore· Ait illis py
latus: habetis custodiam: ite custodite sicut scitis· Illi autem abeuntes: munierunt sepulchrum· Sig
nantes lapidem cum custodibus

·xxviii·

Vespe autem sabbati que lucescit in prima sabbati: venit maria magdalena et altera maria
videre sepulchrum· Et ecce terre motus factus est magnus· Angelus enim domini descendit de
celo: et accedens revolvit lapidem et sedebat super eum· Erat autem aspectus eius sicut
fulgur: vestimentum eius sicut nix· Pre timore autem eius· exterriti sunt custodes: et facti sunt
velud mortui· Respondens autem angelus: dixit mulieribus· Nolite timere vos· Scio enim
quod ihesum qui crucifixus est queritis: non est hic· Surrexit enim: sicut dixit· Venite videte lo
cum: ubi positus erat dominus· Et cito euntes dicite discipulis eius· quia surrexit· Et ecce precedet
vos in galileam· Ibi eum videbitis· ecce predixi vobis· Et exierunt cito de monumento cum timore et
gaudio magno: currentes nunciare discipulis eius· Et ecce ihesus occurrit illis dicens: avete· Ille
autem accesserunt et tenuerunt pedes eius: et adoraverunt eum· Tunc ait illis ihesus· Nolite
timere· Ite nunciate fratribus meis: ut eant in galileam ibi me videbunt· Que cum abissent: ecce
quidam de custodibus venerunt in civitatem et nunciaverunt principibus sacerdotum· Omnia
que facta fuerant· Et congregati cum senioribus: consilio accepto: pecuniam copiosam de
derunt militibus dicentes· Dicite: quia discipuli eius nocte venerunt: et furati sunt eum:
nobis dormientibus· Et si hoc auditum fuit a preside: nos suadebimus ei et securos vos faciemus·
At illi accepta pecunia: fecerunt sicut erant docti· Et divulgatum est verbum istud apud iudeos·
usque in hodiernum diem· Undecim autem discipuli abierunt in galileam: in montem ubi constitu
erat illis ihesus· Et videntes eum adoraverunt: quidam autem dubitaverunt· Et accedens ihesus:
locutus est eis dicens· Data est omnis potestas michi: in celo et in terra· Euntes ergo docete omnes
gentes: baptizantes eos in nomine patris· et filii· et spiritus sancti· Docentes eos servare omnia: quecumque man
davi vobis· Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus· usque ad consummationem seculi·





Incipit Evangelium secundum Marcum.

Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam qui preparabit viam
tuam ante te. Vox clamantis in deserto parate viam domini rectas fa
cite semitas eius. .I.
Fuit iohannes in deserto baptizans et predicans baptismum peniten
cie in remissionem peccatorum et egrediebatur ad illum omnis iudee
regio et iherosolimite universi. et baptizabantur ab illo in iordane flumine.
confitentes peccata sua. Et erat iohannes vestitus pilis cameli et zona pel
licia circa lumbos eius. et locustas et mel silvestre edebat et predicabat
dicens. Venit forcior me post me cuius non sum dignus procumbens
solvere corrigiam calciamentorum eius. Ego baptizo vos aqua ille ve
ro baptizabit vos spiritu sancto. Et factum est in diebus illis venit ihesus a nazareth galilee et bapti
zatus est a iohanne in iordane. Et statim ascendens de aqua vidit apertos celos et spiritum tamquam
columbam descendentem et manentem in ipso. Et vox facta est de celo. tu es filius meus di
lectus in te complacui. Et statim spiritus expulit eum in desertum et erat in deserto quadraginta
diebus et quadraginta noctibus et temptabatur a sathana. Eratque cum bestiis et angeli ministrabant
illi. Postquam autem traditus est iohannes venit ihesus in galileam. Predicans ewangelium regni dei et dicens.
Quoniam impletum est tempus et appropinquabit regnum dei. Penitemini et credite ewangelio. Et preteri
ens secus mare galilee vidit symonem et andream fratrem eius mittentes recia in mare. Erant enim
piscatores. Et dixit illis ihesus. Venite post me faciam vos fieri piscatores hominum. Et protinus
relictis retibus. secuti sunt eum. Et progressus inde pusillum vidit zebedei iacobum et iohannem fratrem
eius. Et ipsos in navi componentes recia et statim vocavit illos. Et relicto patre suo zebedeo in navi
cum mercenariis secuti sunt eum. Et ingrediuntur capharnaum et statim sabbatis ingressus in syna
gogam. docebat eos. Et stupebant super doctrina eius. Erat enim docens eos quasi potestatem
habens et non sicut scribe. Et erat in synagoga eorum homo in spiritu inmundo et exclamavit dicens Quid
nobis et tibi ihesu nazarene. venisti perdere nos. scio quod sis sanctus dei. Et comminatus est ei ihesus di
cens. Obmutesce et exi de homine. Et discerpens eum spiritus inmundus et exclamans voce mag
na exiit ab eo. Et mirati sunt omnes ita ut conquirerent inter se dicentes. Quid nam est hoc
que doctrina hec nova quia in potestate et spiritibus inmundis imperat et obediunt ei. Et processit
rumor eius statim in omnem regionem galilee. Et protinus egredientes de synagoga venerunt in
domum symonis et andree cum iacobo et iohanne. Decumbebat autem socrus symonis febricitans.
et statim dicunt ei de illa. Et accedens elevavit eam. apprehensa manu eius et continuo dimisit
eam febris et ministrabat eis. Vespere autem facto cum occidisset sol afferebant ad eum omnes
male habentes et demonia habentes. Et erat omnis civitas congregata ad ianuam et curavit
multos qui vexabantur variis languoribus et demonia multa eiciebat. Et non sinebat loqui
ea quoniam sciebant eum. Et diluculo valde surgens. egressus abiit in desertum locum ibique orabat. esse xpm
Et persecutus est eum symon petrus et qui cum illo erant et cum invenissent eum dixerunt ei
quia omnes querunt te. Et ait illis. Eamus in proximos vicos et civitates ut et ibi predicem.
Ad hoc enim veni. Et erat predicans in synagogis eorum et omni galilea et demonia eiciens. Et
venit ad eum leprosus deprecans eum et genu flexo dixit. Si vis potes me mundare. Ihesus autem
misertus eius extendens manum suam et tangens eum ait illi. Volo mundare. Et cum dixis
set statim discessit ab eo lepra et mundatus est. Et comminatus est ei statimque eiecit illum et di
cit ei. Vide nemini dixeris sed vade ostende te principi sacerdotum et offer pro emundacione tua
que precepit moyses in testimonium illis. At ille egressus cepit predicare et diffamare sermo
nem. ita ut iam non posset manifeste in civitatem introire sed foris in desertis locis esse. Et
conveniebant ad eum undique. .II.
Et iterum intravit in capharnaum post dies octo et auditum est quod in domo esset et
convenerunt multi ita ut non caperent neque ad ianuam et loquebatur eis verbum. domus
Et venerunt ferentes ad eum paraliticum qui a quatuor portabatur. Et cum non possent of
ferre eum illi pre turba nudaverunt tectum ubi erat et patefacientes submiserunt gra
batum in quo paraliticus iacebat. Cum vidisset autem ihesus fidem illorum ait paralitico. Fili
dimittuntur tibi peccata. Erant autem illic quidam de scribis sedentes et cogitantes in cordi
bus suis quid hic sic loquitur blasphemat. Quis potest dimittere peccata nisi solus deus.
Quo statim cognito ihesus spiritu suo quia sic cogitarent intra se dicit illis. Quid ista co
gitatis in cordibus vestris. Quid est facilius dicere paralitico dimittuntur tibi peccata aut dicere
surge tolle grabatum tuum et ambula. Ut autem sciatis quia potestatem habet filius

hominis in terra dimittendi peccata· Ait paralitico· Tibi dico ſurge: tolle grabattum tuum et uade in domū
tuam· Et ſtatim ille ſurrexit: et ſublato grabatto abijt coram omnibus: ita ut admirarentur omnes: et
honorificarent deum: dicentes· quia numquam uidimus ſic· Et egreſſus eſt ihſus rurſus ad mare: omniſq;
turba ueniebat ad eum et docebat eos· Et cum preteriret: uidit leui alphei ſedentem ad thelonium:
et ait illi: ſequere me· Et ſurgens: ſecutus eſt eum· Et factum eſt cum accumberet in domo illius:
multi publicani et peccatores ſimul diſcumbebant cum ihſu· et diſcipulis eius: erant enim multi: qui et ſe
quebantur eum· Et ſcribe et pharisei uidentes quia manducaret cum publicanis et peccatoribus: dice
bant diſcipulis eius· Quare cum publicanis· et peccatoribus manducat et bibit magiſter ur̄: Hoc
audito ihſus ait illis· Non neceſſe hn̄t ſani medico: ſed qui male hn̄t· Non enim ueni uocare iu
tos: ſed peccatores· Et erant diſcipuli iohis et pharisei ieiunantes et ueniunt et dicunt illi· Quare diſci
puli iohānis et phariſeorum ieiunant· tui autem diſcipuli non ieiunant· Et ait illis ihſus· Numquid
poſſunt filij nuptiarum quam diu ſponſus cum illis eſt ieiunare: Quanto tempore habent ſecum
ſponſum: non poſſunt ieiunare· Uenient autem dies cum auferetur ab eis ſponſus: et tunc ieiunabūt
in illis diebus· Nemo adſupplementū panni rudis aſſuit ueſtimento ueteri: alioquin aufert ſupplementū
nouum a ueteri: et maior ſciſſura fit· Et nemo mittit uinū nouū in utres ueteres: alioquin diſrumpit
uinū utres et uinum effunditur: et utres peribunt· Sed uinū nouū: in utres nouos mitti debet· Et factū
eſt iterum cum ſabbatis ambularet per ſata: et diſcipuli eius ceperunt pregredi et uellere ſpicas· Phari
ſei autem dicebant ei· Ecce quid faciunt diſcipuli tui ſabbatis quod non licet· Et ait illis· Numquam
legiſtis quid fecerit dauid quando neceſſitatem habuit et eſuriit ipſe et qui cum eo erant quomodo in
troijt in domū dei ſub abiathar principe ſacerdotum et panes propoſitionis manducauit quos non licebat mā
ducare niſi ſolis ſacerdotibus: et dedit eis qui cum eo erant· Et dicebat eis· Sabbatum propter hoīem
factum eſt: et nō homo propter ſabbatū· Itaq; dn̄s eſt filius hoīs: etiam ſabbati ·iii·
Et introijt iterum in ſynagogam: et erat ibi homo habens manum aridam et obſeruabant ſi ſabba
tis curaret: ut accuſarent illum· Et ait homini habenti manum aridam· Surge in mediū· Et dicit
eis ſi licet ſabbatis bene facere an male· animā ſaluam facere an perdere: At illi tacebant· Et circumſpi
ciens eos cum ira: contriſtatus ſuper cecitatem cordis eorum: dicit homini· Extende manū tuam: et ex
tendit: et reſtituta eſt manus illi· Exeuntes autem ſtatim pharisei· cum herodianis conſilium faciebant ad
uerſus eum: quomodo eum perderent· Et ihſus cum diſcipulis ſuis ſeceſſit ad mare· Et multa turba a galilea et iu
dea ſecuta eſt eum: et ab ierosolimis et ab idumea et trans iordanem· Et qui circa tyrum et ſydonem: multi
tudo magna: audientes que faciebat uenerunt ad eum· Et dixit diſcipulis ſuis: ut nauicula ſibi de
ſeruiret propter turbam: ne comprimerent eum· Multos enim ſanabat· ita ut irruerent in eum: ut illū
tangerent· Quotquot habebant plagas: et ſpūs inmundi: cum illum uidebant· procidebant ei· Et clama
bant dicentes· Tu es filius dei· Et uehementer cominabatur eis: ne manifeſtarent illum· Et aſcē
dens in montem: uocauit ad ſe quos uoluit ipſe: et uenerunt ad eum· Et fecit ut eſſent ·xii· cū illo:
et ut mitteret eos predicare· Et dedit illis poteſtatem curandi infirmitates: et eiciendi demonia· Et inpo
ſuit ſymoni nomen· petrus et iacobum zebedei: et iohannem frēm iacobi: et impoſuit eis nomina boan
erges· qd' eſt filij tonitrui· Et andream· et philippum· et bartholomeum et matheum: et thomā
et iacobum alphei: et tatheum: et ſymonem cananeum: et iudam ſcarioth: qui tradidit illum·
Et ueniunt ad domum et conuenit iterum turba: ita ut non poſſent neq; panem manducare
Et cum audiſſent ſui: exierunt tenere eum· Dicebant enim quoniā in furorem uerſus eſt· Et ſcri
be qui ab ierosolimis deſcenderant· dicebant· Quō beelzebub habet: et quia in principe demoniorum
eicit demonia· Et conuocatis eis· in parabolis dicebat illis· Quomodo poteſt ſatanas ſatanan eicere:
Et ſi regnum eius in ſe diuidatur: non poteſt ſtare regnum illud· Et ſi domus ſuper ſemetipſam
diſpertiatur: non poterit domus illa ſtare· Et ſi ſatanas conſurrexerit in ſemetipſum: diſpertitus eſt: et
non poterit ſtare· ſed finem hn̄t· Nemo poteſt uaſa fortis ingreſſus in domum diripere: niſi prius
fortem alliget: et tunc domum eius diripiet· Amen dico uobis· qm̄ omnia dimittentur filijs hoīm
peccata et blaſphemie· quibus blaſphemauerint· Qui autem plaſphemauerit in ſpm̄ ſcm̄
non hn̄t remiſſionē in eternū: ſed reus erit eterni delicti· Qm̄ dixerunt: ſpm̄ inmūdū hn̄t ·iiii·
Et ueniunt mr̄ eius et frēs: et foris ſtantes miſerunt ad eum uocantes eum· Et ſedebat cir
ca eum turba: et dicunt ei· Ecce mater tua et frēs tui: foris querunt te· Et reſpondens
eis: ait· Que eſt mater mea et frēs mei: Et circumſpiciens eos qui in circuitu eius ſedebant:
ait· Ecce mater mea et frēs mei· Qui enim fecerit uoluntatem dei: hic frater meus et ſoror mea
et mater eſt· Et iterum cepit docere ad mare: et congregata eſt ad eum turba multa: ita ut in nauem
aſcendens ſederet in mari· Et omnis turba circa mare ſuper terram erat: et docebat illos in parabolis
multa· Et dicebat illis in doctrina ſua· Audite: ecce exijt ſeminans ad ſeminandum· Et dum ſe
minat: aliud cecidit ſecus uiam: et uenerunt uolucres et comederunt illud· Aliud uero cecidit

ſuper petroſa: ubi non habuit terram multam: et ſtatim exortum eſt: quoniam non habebat altitu
dinem terre. Et quando exortus eſt ſol exeſtuauit et eo quod non haberet radicem exaruit. Et aliud
cecidit in ſpinas: et aſcenderunt ſpine et ſuffocauerũt illud. et fructum non dedit. Et aliud cecidit in
terram bonam et dabat fructum aſcendentem et creſcentem. Et afferebat unum triginta et unũ ſexa
ginta et unum centum. Et dicebat. Qui habet aures audiendi audiat. Et cum eet ſingularis: int
rogauerunt eum hij qui cum eo erant .xij. parabolam. Et dicebat eis. Vobis datum eſt ſcire
myſterium regni dei. Illis autem qui foris ſunt in parabolis omnia fiunt. Ut uidentes uideãt:
et non uideant. Ut audientes audiant: et non intelligant. Nequando conuertantur et dimittantur
eis pctã. Et ait illis. Neſcitis parabolam hanc: et quomodo omnes parabolas cognoſcetis: Qui ſemi
nat ũbum ſeminat. Hij autem ſunt qui circa uiam: ubi ſeminatur et alij ſunt qui in ſpinis ſeminã
tur. Et cum audierint confeſtim uenit ſatanas: et aufert ũbum quod ſeminatum eſt in corda eorum
Et hij ſunt ſimiliter qui ſuper petroſa ſeminantur: qui cum audierint ũbum: ſtatim cum gaudio
ſuſcipiunt illud. Et non habent radicem in ſe: ſed temporales ſunt. Deinde orta tribulacione et per
ſecucione propter ũbum: confeſtim ſcandalizantur. et hij ſunt qui ũbum audiunt: et erumne — Et alij ſũt qui i / mis ſeminat
ſcli et deceptio diuiciarum: et circa reliqua concupiſcencie introeuntes ſuffocant ũbum: et ſine fructu
efficitur. Et hij ſunt qui ſuper terram bonam ſeminati ſunt: qui audiunt uerbum et ſuſcipiunt: et
fructificant unum triginta: et unum ſexaginta: et unum centum. Et dicebat illis. Nunquid uenit
lucerna ut ſub modio ponatur: aut ſub lecto: nonne ut ſup candelabrum ponatur: Non enim eſt
aliquid abſconditũ qd non manifeſtetur: nec factum eſt occultum: qd non in palam ueniat. Si quis
habet aures audiendi: audiat. Et dicebat illis. Uidete: quid audiatis. In qua menſura menſi fueri
tis: remecietur uobis et adicietur uobis. Qui enim hʒt: dabitur illi. et qui non habet: etiam quod hʒt
auferetur ab illo. Et dicebat. Sic eſt regnum dei: quem admodum ſi homo iaciat ſementem in ter
ram et dormiat. Et exurgat nocte ac die: et ſemen germinet et increſcat dum neſcit ille. Ultro
enim terra fructificat: primum herbam deinde ſpicam: deinde plenum frumentum in ſpica. Et cum ex
ſe produxerit fructus: ſtatim mittit falcem quoniam adeſt meſſis. Et dicebat. Cui adſimilabimus reg
num dei: aut cui parabole comparabimus illud: Sicut granum ſinapis quod cum ſeminatum fu
erit in terra: minus eſt omnibus ſeminibus que ſunt in terra. Et cum ſeminatum fuit aſcendit et fit
maior omnibus holeribus. Et facit ramos magnos: ita ut poſſint ſub umbra eius aues celi ha
bitare. Et talibus multis parabolis loquebatur eis ũbum: prout poterant audire. Sine parabola
autem: non loquebatur eis. Seorſum autem: diſcipulis ſuis diſſerebat omnia. Et ait illis in
illa die cum ſero eſſet factum: tranſeamus contra. Et dimittentes turbam: aſſumunt eum ita ut
erat in naui: et alie naues erant cum illo. Et facta eſt procella magna uenti: et fluctus mitte
bat in nauim: ita ut impleretur nauis. Et erat ille in puppi ſupra ceruical dormiens. Et excitãt — ipſe
eum: et dicunt ei. Magiſter: non ad te ptinet quia perimus: Et exurgens comminatus eſt uento: et
dixit mari. Tace: obmuteſce. Et ceſſauit uentus: et facta eſt tranquillitas magna. Et ait
illis. Quid timidi eſtis: Nec dum habetis fidem: Et timuerunt magno timore: et dicebãt
ad alterutrũ. Quis putas eſt iſte: quia et uentus et mare obediunt ei. .v.

Et uenerunt tranſfretum maris in regionem geraſenorum et exeunti ei de naui: ſtatim oc
currit de monumentis homo in ſpiritu inmũdo: qui domiciliũ habebat in monumentis
Et neqʒ catenis iam quiſqʒ poterat eum ligare. quoniam ſepe compedibus et catenis uinctus.
diſrupiſſet catenas et compedes cõminuiſſet: et nemo poterat eum domare. Et ſemper nocte ac die
in monumentis et in montibus erat: clamans et concidens ſe lapidibus. Uidens autem iħm a longe
cucurrit et adorauit eum: et clamans uoce magna dicit. Quid michi et tibi iħu fili dei ſummi:
Adiuro te pdeum. ne me torqueas. Dicebat illi enim. Exi ſpũs inmũde ab homine. Et interroga
bat eum. Quod tibi nomen eſt: Et dicit ei: Legio nomen michi eſt: quia multi ſumus. Et de
precabatur eum multũ: ne ſe expelleret extra regionẽ. Erat autẽ ibi circa montem grex porco
rum magnus paſcens: in agris et deprecabantur eum ſpũs dicentes. Mitte nos in porcos. ut in
eos introeamus. Et conceſſit eis iħus ſtatim. Et exeuntes ſpũs inmũdi introierunt in porcos:
et magno impetu grex precipitatus eſt in mare ad duo milia: et ſuffocati ſunt in mari. Qui
autem paſcebant eos fugerunt: et nunciauerũt in ciuitatem et in agros. Et egreſſi ſunt uidẽ
quid eſſet facti: et ueniunt ad iħm. Et uident illum qui a demonio uexabatur ſedentem
ueſtitum et ſane mentis: et timuerunt. Et narrauerunt illis qui uiderant qualiter factum eet
ei: qui demonium habuerat et de porcis. Et rogare eum ceperunt: ut diſcederet de finibus illorum
Cumqʒ aſcenderet nauim cepit illum deprecari qui a demonio uexatus fuerat: ut eſſet cum illo
Et non admiſit eum: ſed ait illi. Uade in domum tuam ad tuos: et annũcia illis. quanta tibi
dominus fecerit: et miſertus ſit tui. Et abiit et cepit predicare in decapoli quanta ſibi feciſſet

ihs: et omnes mirabantur. Et cum transcendisset ihs in navi rursus transfretum convenit
turba multa ad illum. Et erat circa mare Et venit quidam de archisynagogis nomine iairus.
et videns eum procidit ad pedes eius: et deprecabatur eum multum dicens. Quoniam filia
mea in extremis est. veni impone manum super eam. ut salva sit et vivat. Et abiit cum
illo: et sequebatur multa turba eum et comprimebant illum. Et mulier que erat in profluvio
sanguinis annis duodecim. et fuerat multa perpessa a compluribus medicis: et eroga
verat omnia sua: nec quicquam profecerat: sed magis deterius habebat cum audisset de ihu. venit
in turba retro: et tetigit vestimentum eius. Dicebat enim: quia si vel vestimentum eius tetige
ro salva ero. Et confestim siccatus est fons sanguinis eius et sensit corpore quod sanata esset
a plaga. Et statim ihs cognoscens in semetipso: virtutem que exierat de eo. Conversus ad tur
bam aiebat. Quis tetigit vestimenta mea? Et dicebant ei discipuli sui. Vides turbam com
primentem: et dicis quis me tetigit. Et circumspiciebat videre eam: que hoc fecerat. Mulier
autem timens et tremens sciens quod factum esset in se. venit et procidit ante eum et dixit
ei omnem veritatem. Ille autem: dixit ei. Filia: fides tua te salvam fecit. Vade in pace: et esto sa
na a plaga tua. Adhuc eo loquente: veniunt [illegible] archisynagogo. Noli timere: tantummodo cre
de. Et non ad misit quemquam sequi se. nisi petrum et iacobum et iohannem fratrem iacobi. Et ve
niunt ad domum archisynagogi: et videt tumultum et flentes et eiulantes multum: et ingres
sus ait eis. Quid turbamini et ploratis? Puella non est mortua: sed dormit. Et irridebant
eum. Ipse vero eiectis omnibus: assumit patrem et matrem puelle et qui secum erant. Et ingre
ditur ubi erat puella iacens. Et tenens manum puelle ait illi. Talitha cumi. quod est inter pre
tatum: puella tibi dico surge. Et confestim surrexit puella et ambulabat. Erat autem annorum
duodecim. Et obstupuerunt stupore maximo: et precepit illis vehementer: ut nemo id sci
ret et iussit: dari illi manducare.

·VI·

Et egressus inde: abiit in patriam suam: et sequebantur illum discipuli sui: Et facto sab
bato: cepit in synagoga docere. et multi audientes: admirabantur in doctrina eius
dicentes. Unde huic hec omnia: et que est sapientia que data est illi et virtutes tales que per manus
eius efficiuntur? nonne iste est faber filius marie frater iacobi et ioseph et iude et symonis? Nonne
et sorores eius hic nobiscum sunt? et scandalizabantur in illo. Et dicebat eis ihs. Quia non est pro
atione sua
pheta sine honore: nisi in patria sua: et in domo sua. Et non poterat ibi virtutem ullam facere:
nisi paucos infirmos impositis manibus curavit. Et mirabatur propter incredulitatem illorum. Et
circuibat castella in circuitu docens. Et vocavit duodecim et cepit eos mittere binos. et dabat
illis potestatem spirituum immundorum Et precepit eis ne quid tollerent in via: nisi virgam tantum. Non
peram non panem neque in zona es: sed calciatos sandaliis. Et ne induerentur duabus tunicis Et
dicebat eis. Quocumque introieritis in domum: illic manete donec exeatis inde. Et quicumque non
receperit vos neque audierint vos: exeuntes inde: excu[illegible]ite pulverem de pedibus vestris in testimo
nium illis. Et exeuntes: predicabant ut penitentiam agerent: et demonia multa eiciebant: et
ungebant oleo multos egros et sanabantur Et audivit herodes rex: manifestum enim
factum est nomen eius. Et dicebat. Quia iohannes baptista resurrexit a mortuis: et propterea o
perantur virtutes in illo. Alii autem dicebant: quia helias est. Alii vero dicebant quia propheta
est: quasi unus ex prophetis. Quo audito herodes ait. Quem ego decollavi iohannem: hic a mor
tuis surrexit. Ipse enim herodes misit ac tenuit iohannem: et vinxit eum in carcere. propter he
rodiadem uxorem phylippi fratris sui. quia duxerat eam. Dicebat enim iohannes herodi. Non
licet tibi habere uxorem fratris tui. Herodias autem insidiabatur illi et volebat occidere eum nec
poterat. Herodes autem metuebat iohannem: sciens eum virum iustum et sanctum. et custodiebat eum Et
audito eo multa faciebat: et libenter eum audiebat. Et cum dies oportunus accidisset. herodes
natalis sui cenam fecit principibus et tribunis: et primis galilee. Cumque introisset filia ipsius
herodiadis et saltasset et placuisset herodi: simulque discumbentibus: rex ait puelle. Pete a me
quod vis: et dabo tibi. Et iuravit illi quia quicquid petieris dabo tibi licet dimidium regni
mei. Que cum exisset dixit matri sue. Quid petam? At illa dixit: caput iohannis baptiste Cum
que introisset statim cum festina tione ad regem: petiuit dicens. Volo: ut protinus des
michi in disco caput iohannis baptiste. Et contristatus est rex propter iusiurandum: et propter
simul recumbentes noluit eam contristare Sed misso spiculatore precepit afferri caput
eius in disco. Et decollavit eum in carcere: et attulit caput eius in disco: et dedit illud pu
elle: et puella dedit matri sue. Quo audito discipuli eius: venerunt et tulerunt corpus eius:
et posuerunt illud in monumento. Et convenientes discipuli ad ihm: renunciaverunt ei omnia
que egerant et docuerant. Et ait illis. Venite seorsum in desertum locum. et requiescite pusil

ad archisynagogum dicentes. Quia filia tua mortua est quare ultra vexas magistrum. Ihs autem audito
verbo quod dicebatur ait

lum· Erant enim qui veniebant et redibant multi: et nec manducandi ſpacium habebant Et
aſcendentes in navim: abierunt in deſertum locum ſeorſū· Et viderunt eos abeuntes: Et cog
noverunt eum multi: et pedeſtres de omnibus civitatibus concurrerūt illuc et prevenerūt eos· Et
exiens vidit turbam multam ihūs: et miſertus eſt ſup eos: quia erant ſicut oves non habentes
paſtorem· Et cepit docere illos multa· Et cū iam hora multa fieret acceſſerunt ad eum diſcipli
eius dicentes· Deſertus eſt locus hic· Et iam hora preterijt dimitte illos: ut euntes in prox
imas villas et vicos: emant ſibi cibos quos manducent· Et reſpondens ait illis· Date illis
manducare· Et dixerunt ei· Euntes emamus denarijs ducentis panes: ꝛ dabimus eis mā
ducare· Et dicit eis· Quot panes habetis ite et videte· Et cum cognouiſſent: dicunt· Quinq;
et duos piſces· Et precepit illis: ut accumbere facerent omnes: ſcdm contubernia: ſup viride fenū· Et
diſcubuerunt in partes: per centenos et quinquagenos· Et acceptis quinq; panib; et duobus piſcibus:
panes intuens in celum bndixit et fregit et dedit diſcipulis ſuis· ut ponerent ante eos· Et duos piſces divi
ſit omnibus: et manducaverunt omnes et ſaturati ſunt· Et ſuſtulerunt reliquias fragmentoꝝ xij·
cophinos plenos et de piſcibus· Erant autem qui manducaverunt: quinq; milia viroꝝ· Et ſtatim coe
git diſcipulos ſuos aſcendere navim: ut precederent eum tranſfretum ad bethſaidam: dum ipſe
dimitteret pplm· Et cum dimiſiſſet eos abijt in montē orare· Et cum ſero eſſet: erat navis in
medio mari· et ipſe ſolus in terra· Et videns eos laborantes in remigando: erat enim ventus contra
rius eis· Et circa quartā vigiliam noctis: venit ad eos ambulans ſup mare: et volebat preteri
re eos· At illi ut viderunt eum ambulantem ſup mare: putaverunt fantaſma eſſe exclamaverunt
Omnes enī eū viderunt· et conturbati ſunt· Et ſtatim locutus eſt cum eis: ꝛ dixit illis· Confidite: ego
ſum nolite timere· Et aſcendit ad illos in navim: et ceſſavit ventus· Et plus magis intra ſe ſtupe
bant· Non enim intellexerunt de panibus: erat enim cor illoꝝ obcecatum· Et cum tranſfretaſſent p
venerunt in terram genezareth· et applicuerunt· Cumq; egreſſi eſſent de navi: continuo cognoverunt
eum· Et percurrentes univerſam regionem illam· ceperunt in grabatis eos qui ſe male habebant circum
ferre: ubi audiebant eum eſſe· Et quocumq; introibant in vicos: vl' in villas: aut civitates: in pla
teis: ponebant infirmos· Et deprecabantur eum· ut vl' fimbriam veſtimenti eius tangerent Et
quotquot tangebant eum: ſalvi fiebant· ·vij·

Et conveniunt ad eum phariſei· et quidam de ſcribis venientes abierosolimis· Et cum vidiſſent
quoſdam ex diſcipulis eius cōmunibus manibus· id eſt non lotis manibus manducare·
panes: vituperaverunt· Phariſei enim et omnes iudei· niſi crebro lavent manus: non manducant:
tenentes tradicionē ſenioꝝ· Et a foro niſi baptizentur: nō comedunt· Et alia multa que tradita ſunt ſunt
illis ſervare· Baptiſmata calicum et urceoꝝ: ꝛ eramentorum: ꝛ lectoꝝ· Et interrogabant eum phariſei
et ſcribe· Quare diſcipuli tui nō ambulant iuxta tradicionem ſeniorum: ſed cōmunibus mani
bus manducant panem· At ille reſpondens: dixit eis· Bene pphetavit eſaias de vobis hypocritis:
ſicut ſcriptum eſt· Populus hic labiis me honorat: cor autem eoꝝ longe abeſt a me· In vanū autē
me colunt: docentes doctrinas et precepta hominum· Relinquentes enim mandatū dei: tenetis tradici
onem homī: baptiſmata urceorum et calicum· et alia ſimilia hijs facitis multa· Et dicebat il
lis· Bene irritum facitis preceptum dei: ut tradicionem veſtram ſervetis· Moyſes enim dixit
honora prēm tuum: ꝛ matrem tuam· Et qui maledixerit patri aut matri· morte moriatur
Vos autē dicitis· ſi dixerit homo prī aut mrī· corban quod eſt donum: quodcumq; ex me tibi pro
fuerit: ꝛ ultra non dimittitis eum quicq̄ facere: prī ſuo aut matri reſcindentes verbum dei p tradi
cionem vram quam tradidiſtis· Et ſimilia huiuſmodi multa facitis· Et advocans iterum tur
bam: dicebat illis· Audite me omnes: et intelligite· Nichil eſt extra hominem introiens in eum quod
poſſit eum coinquinare· Sed que de homine procedunt· et illa ſunt que cōmunicant hominē
Siquis hēt aures audiendi audiat· Et cum introiſſet in domum a turba interrogabant eū diſ
cipuli eius parabolam· Et ait illis· Sic et vos imprudentes eſtis: non intelligitis quia om
ne extrinſecus introiens in hominem: nō poteſt eum cōmunicare: Quia nō introit in cor eius:
ſed in ventrem vadit et in ſeceſſum exit purgans omnes eſcas: Dicebat autem quoniam que
de homine exeunt· illa cōmunicant hominē· Abintus enim: de corde hominū cogitaciones ma
le procedunt adulteria: fornicaciones: homicidia furta: avaricie: nequicie: dolus: impudicicia:
oculus malus: blaſphemia: ſupbia: ſtulticia· Omnia hec abintus procedunt ꝛ cōmunicant mala
hominē· Et inde ſurgens: abijt in fines tyri et ſydonis· Et ingreſſus domū· neminē voluit ſcire:
et non potuit latere· Mulier enim ſtatim ut audivit de eo cuius filia habebat ſpm̄ inmundū: in
travit et procidit ad pedes eius· Erat enim mulier gentilis: ſiropheniciſſa genere· Et rogabat
eum ut demonium eiceret de filia eius· Qui dixit illi: ſine prius ſaturari filios: nō eſt enim
bonum ſumere panem filioꝝ: et mittere canibus· At illa reſpondit· ꝛ dicit ei· Utiq; dne: nam

et catelli comedunt de micis puerorum sub mensa. Et ait illi. Propter hunc sermonem. Vade. exiit demo
nium de filia tua. Et cum abisset ad domum suam: invenit puellam iacentem supra lectum: et demo
nium exisse. Et iterum exiens de finibus tyri: venit per sydonem ad mare galylee inter medios fines
decapoleos. Et adducunt ei surdum et mutum: et deprecabantur eum: ut imponat illi manum. Et appre
hendens eum de turba seorsum: misit digitos suos in auriculas: et expuens tetigit linguam eius. Et eius
suspiciens in celum ingemuit et ait illi. Effeta: quod est adaperire. Et statim aperte sunt aures eius:
et solutum est vinculum lingue eius: et loquebatur recte. Et precepit illis: ne cui dicerent. Quanto
autem eis precipiebat: tanto magis plus predicabant: et eo amplius ammirabantur dicentes. Be
ne omnia fecit: et surdos fecit audire: et mutos loqui. viii. viii
In illis diebus iterum cum turba multa esset cum ihesu nec haberent quod manducarent convoca
tis discipulis: ait illis. Misereor super turbam: quia ecce iam triduo sustinent me: nec habent quod
manducent. Et si dimisero eos ieiunos in domum suam: deficient in via. Quidam enim ex eis: de lon
ge venerunt. Et responderunt ei discipuli sui. Unde istos poterit quis hic saturare panibus in soli
tudine? Et interrogavit eos. Quot panes habetis. Qui dixerunt vii. Et precepit turbe: discumbe
re super terram. Et accipiens septem panes. gratias agens fregit: et dabat discipulis suis. ut appone
rent. Et apposuerunt turbe. Et habebant pisciculos paucos: et ipsos benedixit: et iussit apponi. Et
Et manducaverunt: et saturati sunt. Et sustulerunt quod superaverat de fragmentis septem spor
tas. Erant autem qui manducaverant. quasi quatuor milia: et dimisit eos. Et statim ascendens navim
cum discipulis suis: venit in partes dalmanutha. Et exierunt pharisei: et ceperunt conquirere
cum eo: querentes ab illo signum de celo: temptantes eum. Et ingemiscens spiritu: ait. Quid gene
ratio ista querit signum? Amen dico vobis: si dabitur generationi signum huic. Et dimittens eos:
ascendit iterum navim et abiit trans fretum: et obliti sunt sumere panes. Et nisi unum panem non
habebant secum in navi. Et precipiebat eis dicens. Videte cavete a fermento phariseorum: et ferme
to herodis. Et cogitabant ad alterutrum dicentes: quia panes non habemus. Quo cognito ihesus:
ait illis. Quid cogitatis quia panes non habetis? Non dum cognoscitis nec intelligitis: adhuc
cecatum cor vestrum habetis. Oculos habentes non videtis: et aures habentes non auditis. Nec
recordamini quando quinque panes fregi: in quinque milia. et quot cophinos fragmentorum plenos
sustulistis. Dicunt ei. duodecim. Quando et septem panes in quatuor milia: quot sportas frag
mentorum tulistis? Et dicunt ei septem. Et dicebat eis. Quomodo non dum intelligitis? Et veni
unt bethsaida. et adducunt ei cecum: et rogabant eum. ut illum tangeret. Et apprehensa ma
nu ceci eduxit eum extra vicum et expuens in oculos eius: impositis manibus suis interrogavit
eum. si aliquid videret. Et aspiciens ait. video homines velut arbores ambulantes. Deinde ite
rum imposuit manum super oculos eius: et cepit videre. Et restitutus est ita: ut videret cla
re omnia. Et misit illum: in domum suam dicens. Vade in domum tuam: et si in vicum intro
ieris nemini dixeris. Et egressus est ihesus et discipuli eius in castella cesaree philippi: et
in via interrogabat discipulos suos: dicens eis. Quem me dicunt esse homines? Qui respon
derunt illi dicentes. alii iohannem baptistam alii heliam: alii vero quasi unum de prophetis. Tunc
dicit illis: vos vero quem me esse dicitis? Respondens petrus: ait ei. Tu es christus. Et commi
natus est eis. ne cui dicerent de illo. Et cepit docere illos: quia oportet filium hominis multa
pati. et reprobari a senioribus: et a summis sacerdotibus et scribis: et occidi: et post tres dies
resurgere. Et palam verbum loquebatur. Et apprehendens eum petrus: cepit eum
increpare. Qui conversus et videns discipulos suos. comminatus est petro dicens. Vade retro
me sathanas: quoniam non sapis que dei sunt: sed que hominum. Et convocata turba cum discipulis
suis dixit eis. Siquis vult post me sequi: deneget semetipsum: et tollat crucem suam: et
sequatur me. Qui enim voluerit animam suam salvam facere: perdet eam. Qui autem per
diderit animam suam propter me: et evangelium: salvam eam faciet. Quid enim proderit homi
ni si lucretur universum mundum totum: et detrimentum faciet anime sue: aut quid dabit homo com
mutationis pro anima sua? Qui enim me confessus fuerit: et mea verba in generatione ista ad
ultera et peccatrice: et filius hominis confitebitur eum: cum venerit in gloria patris sui cum angelis sanctis
Et dicebat illis. Amen dico vobis quia sunt quidam de hic ix.
stantibus qui non gustabunt mortem: donec videant regnum dei venientis in virtute. Et
post dies sex assumpsit ihesus petrum et iacobum et iohannem et ducit illos in montem excelsum
seorsum solos. Et transfiguratus est coram ipsis: et vestimenta eius facta sunt splendentia can
dida nimis velut nix qualia fullo super terram non potest candida facere. Et apparuit illis
helias cum moyse. et erant loquentes cum ihesu. Et respondens petrus: ait ihesu. Rabbi: bonum
est nos esse hic. et faciamus tria tabernacula. Tibi unum moysi unum et helye unum. Non enim

ſciebat quid diceret. Erant enim timore exterriti. Et facta eſt nubes obumbrans eos: et uenit uox de
nube dicens. Hic eſt filius meus kariſſimus audite illum. Et ſtatim circumſpicientes: neminem
amplius uiderunt: niſi ihm tantum ſecum. Et deſcendentibus illis de monte: precepit illis ne cui que
uidiſſent narrarent: niſi cum filius hominis a mortuis reſurrexit. Et uerbum continuerunt apud ſe
conquirentes: quid eſſet cum a mortuis reſurrexerit. Et interrogabant eum dicentes. Quid ergo
dicunt phariſei et ſcribe: quia helyam oporteat uenire primum? Qui reſpondens: ait illis. Helyas cum
uenerit primo reſtituet omnia. Et quomō ſcriptum eſt in filiū hominis: ut multa patiatur et contemp
natur. Sed dico uobis: quia et helyas uenit: et fecerunt illi quecumq; uoluerunt ſicut ſcriptū eſt de
eo. Et ueniens ad diſcipulos ſuos uidit turbam magnam circa eos: et ſcribas conquirentes cum illis.
Et confeſtim omnis ppl'us uidens ihm: ſtupefactus eſt: et expauerunt: et accurrentes ſalutabant. Et in
terrogauit eos: quid inter uos conquiritis? Et reſpondens unus de turba dixit. Magiſter: attuli filium
meū ad te: habentem ſpm mutum. Qui ubicumq; eum apprehenderit: allidit eum et ſpumat: et ſtridet
dentibus et areſcit. Et dixi diſcipulis tuis ut eicerent illum: et nō potuerunt. Qui reſpondens eis
dicit. O generacio incredula: quam diu apud uos ero: quam diu uos patiar? Afferte illum ad me
Et attulerunt eum. Et cum uidiſſet illum: ſtatim ſpūs conturbauit eum. Et eliſus in terra: uoluta
batur ſpumans. Et interrogauit prēm eius. Quantum temporis eſt ex quo ei hoc accidit? At ille
ait. Ab infancia. Et frequenter eum in ignem et in aquas miſit ut eum perderet. Sed ſiquid
potes: adiuua nos miſertus nrī. Ihſus autem ait illi. Si potes credere: omnia poſſibilia ſunt cre
denti. Et continuo exclamans pater pueri cum lacrimis aiebat. Credo dñe: adiuua incredu
litatem meam. Et cum uideret ihſus concurrentem turbam: comminatus eſt ſpui inmundo dicens
illi. Surde et mute ſpūs: et tibi precipio: exi ab eo: et amplius ne introeas ī eum. Et clamans:
et diſcerpens eum exiit ab eo. Et factus eſt ſicut mortuus: ita ut multi dicerent. quia mortu
us eſt. Ihſus autem tenens manum eius eleuauit eum: et ſurrexit. Et cum introiſſet in domū: diſci
puli eius ſecreto interrogabant eum. Quare nos non potuimus eicere eum? Et dixit illis. Hoc
genus in nullo poteſt exire niſi in oracōne et ieiunio. Et inde profecti pretergrediebantur gali
leam: nec uolebat quemq; ſcire. Docebat autem diſcipulos ſuos: et dicebat illis. Quia filius ho
minis tradetur in manus hominū: et occident eum. Et occiſus: tercia die reſurget. At
illi ignorabant uerbum: et timebant eum interrogare. Et uenerunt capharnaum. Qui
cum domi eſſent: interrogabat eos. Quid in uia tractabatis? At illi tacebant. Siquidem inter
ſe in uia diſputauerant: quis eſſet maior illorum. Et reſidens uocauit duodecim: et ait illis
Siquis uult primus eſſe: erit omnium nouiſſimus et omnium miniſter. Et accipiens
puerum ſtatuit eum in medio eorum. Quem cum complexus eſſet: ait illis. Quiſq; unum
ex huiuſmodi pueris receperit in nomine meo: me recepit. Et quicumq; me ſuſcepit: nō me
ſuſcepit. ſed eum qui me miſit. Reſpondit illi iohannes dicens. Magiſter uidimus quendam in
nomine tuo eicientem demonia: qui nō ſequitur nos: et prohibuimus eum. Ihſus ait: nolite p
hibere eum: nemo eſt enim qui faciat uirtutem in nomine meo: et poſſit cito male loqui de
me. Qui enim non eſt aduerſum uos: pro uobis eſt. Quiſq; enim potum dederit uobis:
calicem aque in nomine meo: quia xpi eſtis: amen dico uobis: non pdet mercedem ſuam
Et quiſq; ſcandalizauerit unum ex hiis puſillis: credentibus in me: bonum eſt ei magis ſi cir
cumdaretur mola aſinaria collo eius: et in mare mitteretur. Et ſi ſcandalizauerit te manus
tua: abſcide illam. Bonum eſt tibi debilem introire in uitam: quam duas manus habentem
ire in gehennam: in ignem inextinguibilem. Ubi uermis eorum non moritur: et ignis non ex
tinguitur. Et ſi pes tuus te ſcandalizat: amputa illum. Bonum eſt tibi claudum introire
in uitam eternam: quam duos pedes habentem: mitti in gehennā ignis inextinguibilis
Ubi uermis eorum non moritur: et ignis non extinguitur. Quod ſi oculus tuus ſcandalizat
te: eice eum. Bonū eſt tibi luſcum introire in regnum dei: quam duos oculos habentem:
mitti in gehennam ignis: ubi uermis eorum non moritur: et ignis non extinguitur. Omnis enī
igne ſalietur: et omnis uictima ſale ſalietur. Bonum eſt ſal. Quod ſi ſal inſulſum fuerit:
in quo illud condietis? habete in uobis ſal: et pacem habete inter uos X

Et inde exſurgens uenit in fines iudee ultra iordanem. Et conueniunt iterum turbe ad eū.
et ſicut conſueuerat: iterum docebat illos. Et accedentes phariſei: interrogabant eū
Si licet uiro uxorem dimittere temptantes eum. At ille reſpondens dixit eis. Quid uo
bis precepit moyſes? Qui dixerūt. Moyſes permiſit libellum repudii ſcribere: et dimit
tere. Quibus reſpondens ihſus ait. Ad duriciam cordis urī: ſcripſit uobis preceptum iſ
tud. Ab inicio autem creature: maſculū et feminam fecit eos deus et dixit. Propter hoc
relinquet homo prēm ſuum et matrem: et adherebit ad uxori ſue. Et erunt duo ī

carne una. Itaqꝫ iam non ſunt duo: ſed una caro. Quod ergo deus coniunxit: homo non ſe
paret. Et in domo iterum diſcipuli eius: de eodem interrogauerunt eum. Et dicit illis. Quicū
qꝫ dimiſerit uxorem ſuam et aliam duxerit: adulterium committit ſup eam. Et ſi uxor dimi
ſerit uirum ſuum: et alii nupſerit: mechatur. Et offerebant illi puulos: ut tangeret illos. Diſ
cipuli autem comminabantur offerentibꝫ. Quos cum uideret ihſus indigne tulit: et ait illis. Si
nite puulos uenire ad me: et ne prohibueritis eos: talium eſt enim regnum dī. Amen dico uobis:
quiſqs non receperit regnum dei uelud paruulus: non intrabit in illud. Et complexans eos: et
imponens manus ſuper illos: benedicebat eos. Et cum egreſſus eſſet in uia: procurrens quidam
genu flexo ante eum: rogabat eum dicens. Magiſter bone: quid faciā ut uitam eternam pcipiam.
Ihſus autem dixit ei. Quid me dicis bonum: nemo bonus niſi unus deus. Precepta noſti: ne ad
ulteres ne occidas: ne fureris: ne falſum teſtimonium dixeris: ne fraudem feceris. honora prē
tuum et mrēm. At ille reſpondens: ait illi. Magiſter: omnia hec obſeruaui a iuuentute mea. Ihſ
autem intuitus eum: dilexit eum: ⁊ dixit illi. Unum tibi deeſt: uade: quecumqꝫ habes uende: et
da paupibus. Et habebis theſaurum in celo: et ueni ſequere me. Qui contriſtatus in uerbo: abyt
merens erat enim habens poſſeſſiones multas. Et circumſpiciens ihſus: ait diſcipulis. Quā ſuis.
difficile qui pecunias habent in regnū dei introibunt. Diſcipuli autem obſtupeſcebant
in uerbis eius. At ihſus rurſus reſpondens ait illis. Filioli: quam difficile eſt confidentes in pe
cuniis: in regnum dei introire. Facilius eſt enim camelum p foramen acus tranſire: quam di
uitem intrare in regnū dei. Qui magis ammirabantur dicentes ad ſemetipſos. Et quis poteſt
ſaluus fieri. Et intuens illos ihſus ait. Apud homines impoſſibile eſt: ſed non apud deum. Oīa
enim poſſibilia ſunt apud deum. Et cepit ei petrus dicere: ecce nos dimiſimus omnia: et
ſecuti ſumus te. Reſpondens ihſus ait. Amen dico uobis: nemo eſt qui dereliquerit domū:
aut fr̄es: aut ſorores: aut prēm aut mrēm: aut filios: aut agros: pter me. et pt euuangliū
qui non accipiat centies tantum. Nunc in tempe hoc domos: et fr̄es: et ſorores: ⁊ matres:
et filios: et agros: cum pſecutionibus: ⁊ in ſeculo futuro uitam eternam. Multi autem erūt
pmi nouiſſimi: et nouiſſimi primi. Erant autē in uia aſcendentes in ieroſolimā: et precede
bat illos ihſus. Et ſtupebant: et ſequentes timebant. Et aſſumens iterum duodecim: cepit
illis dicere que eſſent illi uentura. Quia ecce aſcendimus ieroſolimā. et filius hoīs tradet
principibus ſacerdotū ⁊ ſcribis: ⁊ ſenioribꝫ: et dāpnabūt eū morte. Et tradent eum gentibus:
et illudent ei: et conſpuunt eum: ⁊ flagellabunt eum. et īterficient eū: ⁊ tercia die reſurget
Et accedunt ad eū iacobꝰ et iohēs filii zebedei dicētes. Magiſter uolumus ut quodcumqꝫ pete
rimus facias nobis. At ille dixit eis. Quid uultis ut faciam uobis. Et dixerunt. Da nob
ut unus ad dexteram tuam: et alius ad ſiniſtram tuam ſedeamus in glīa tua. Ihſus autē: ait
potestis eis. Neſcitis quid petatis bibere calicem quem ego bibo: aut baptiſmo quo ego baptizor
baptizari. At illi dixerunt ei. Poſſumus. Ihſus autē ait eis. Calicem quidem quē ego bi
bo bibetis: et baptiſmo quo ego baptizor baptizabimini: ſedere autem ad dexteram meam uł
ad ſiniſtram: non eſt meum dare uobis: ſed quibus paratū eſt. Et audientes decem ce
perunt indignari de iacobo et iohanne. Ihſus autem conuocans eos: ait illis. Scitis quia hy
qui uident principari gentibus dn̄antur eis: et principes eorum poteſtatem habent ipſor. Non
ita eſt autem in uobis. Sed quicumqꝫ uoluerit fieri maior: erit ueſter miniſter. Et quicumqꝫ
uoluerit in uobis primus eſſe: erit omnium ſeruus. Nam et filius hominis non uenit
miniſtrari: ſed miniſtrare. et dare animā ſuam redemptionē pro multis. Et ueniunt
iericho. Et proficiſcente eo de iericho. et diſcipulis eius: et plurima multitudine: filius timei
barthimeus cecus. ſedebat iuxta uiam mendicans. Qui cū audiſſet quia ihſus nazarenus
eſt: cepit clamare et dicere. Fili dauid ihu miſerere mei. Et comminabantur illi multi ut
taceret. At ille multo magis clamabat. fili dauid miſerere mei. Et ſtans ihſus precepit il
lum uocari: ⁊ uocant cecum dicentes ei. Animequior eſto: ſurge uocat te. Qui proiecto ueſ
timento ſuo: exiliens uenit ad eum: ⁊ reſpondens ihſus: dixit. Quid uis tibi faciā. Cecus illi
ut autem dixit ei. Rabboni uideam. Ihſus ait illi. Uade: fides tua te ſaluum fecit. Et confeſtim
uidit: et ſequebatur eum in uia. xi.

Et cum appropinquarent ieroſolime et bethanie ad montem oliuarum: mittit duos
ex diſcipulis ſuis et ait illis. Ite in caſtellum quod eſt contra uos: et ſtatim introe
untes in caſtellū illud: inuenietis pullum ligatum: ſup quem nemo adhuc ullus ho
minū ſedit: ſoluite illum et adducite. Et ſiquis uobis dixerit quid facitis: dicite quia
dn̄o neceſſarius eſt: et continuo illum dimittet huc. Et abeuntes inuenerunt pullū
ligatum ante ianuam foris in biuio: ⁊ ſoluunt eum. Et quidam de illic ſtantibus

dicebat

dicebant illis. Quid facitis ſoluentes pullū? Qui dixerūt eis. ſicud preceperat illis ihūs: et di
miſerūt eis. Et duxerunt pullum ad ihm: et inpoſuūt illi veſtimenta: et ſedit ſup eum. Multi
autē ſtrauerūt veſtimenta ſua in via. Alij autē frondes cedebant de arborib: et ſternebant in via.
Et qui preibant et qui ſequebant: clamabant dicentes. Oſanna benedictus qui uenit in nomine dom̄i.
osanna Benedictum qd uenit regnū pr̄is nr̄i dd̄ in excelſis Et introiuit iheroſolimam intemplum. Et circū
ſpectis omnib3 cum iam ueſpa eēt hora: exijt inbethaniam cum xij. Et alia die cum exirent a be
thania eſurijt. Cumq3 vidiſſet alonge ficum habentē folia: uenit ſiqd forte inuenir3 in ea. Et cum ueniſſet
ad eam: nichil inuenit pter folia: non eīn erat temp9 ficoꝝ. Et reſpondēs dixit ei. Iam non ampli9
in eternum quiſqm̄ fructum exte manducet. Et audiebant diſcipuli ei9. Et ueniunt iheroſolimam.
Et cum introiſſet templum: cepit eicere uendentes et ementes intemplo et menſas nummulariorum
: Et cathedras vendenciū columbas euertit. Et non ſinebat: ut quiſqm̄ transferret uas ptemplum:
et docebat dicens eis. Nonne ſcriptum eſt: quia domus mea dom9 oꝛonis uocabitur omnibus gētib3?
Vos autē feciſtis eam ſpeluncam latronum Quo audito principes ſacerdotum et ſcribe: querebant
quomodo eum: qm̄ uniuerſa turba ādmirabatur ſup doctrina eius. Et cum veſpa facta eēt: Egre | perderet [...]
diebatur de ciuitate. Et cum mane tranſſirent: viderunt ficum aridam factam aradicibus. Et recor | bant enī e[...]
datus Petrus: dixit ei: Rabi: ecce ficus cui maledixiſti aruit. Et reſpondens ihūs ait illis. Habete
fidem dei. Amen dico uobis: quia quicumq3 dixerit huic monti: tollere et mittere in mare: et non he
ſitauerit incorde ſuo ſed crediderit: quia quodcumq3 dixerit fiat: fiet ei. Propterea dico uobis. Omnia
quecumq3 orantes petitis: credite quia accipietis. et uenient uobis: et cum ſtabitis adorandum. dimit
tite ſiquid habetis aduerſus aliqͤ ut et pr̄ ueſter qui incelis eſt. dimittat uobis peccata veſtra. Qd ſi
uos non dimiſeritis: nec pater ueſter qui incelis eſt: dimittet uobis peccata ueſtra. Et ueniunt rur
ſus iheroſolimam. Et cum ambularet intemplo: accedunt adeum ſummi ſacerdotes. et ſcribe. et ſe
niores. et dicunt illi. In qua pt̄ate hec facis? Ihesus autē reſpondens: ait illis. Interrogabo uos et ego
unum uerbum: et reſpondete michi. Et dicam uobis inqua poteſtate hec facio Baptiſmus iohīs
de celo erat: an ex hominibus? reſpondete michi. At illi cogitabant ſecum dicentes Si dixerim9
de celo: dicit quare ergo non credidiſtis ei? Si dicem9 ex hominib3: timemus pplm Omnes eīn ha
bebant iohem: Quia uere pp̄ha eēt Et reſpondentes: dicunt ihū: neſcimus Reſpondens ihūs: ait
illis. Nec ego dico uobis: inqua poteſtate hec faciam Cxij.

Et cepit illis inparabolis ſic loqui. Vineam paſtinauit homo et circumdedit ſepem: Et fod
latum: et edificauit turrim: et locauit eam agricolis: et pegre pfectus eſt. Et miſit ad agricolas
intempore ſeruum: ut ab agricolis acciperet de fructu vinee Qui apprehenſum eum ceciderūt:
et dimiſerūt uacuum. Et iterū miſit ad illos aliū ſeruum: et illum incapite wlnerauerunt. et con
tumelijs affecerunt. Et rurſum alium miſit: et illum occiderunt. Et plures alios quoſdā cedentes:
alios uero occidentes. Adhuc ergo unum hn̄s filium kariſſimum: et illum miſit ad eos noui
ſimum dicens: quia uerebuntur filium meū. Coloni autē dixerunt ad inuicem. Hic eſt hēs
uenite occidam9 eum: et nr̄a erit hereditas. Et apprehendentes eum occiderunt et eiecerunt extra
uineam. Quid ergo faciet dominus uinee? ueniet et pdet colonos: et dabit uineam alijs.
Nec ſcripturam hanc legiſtis? Lapidem quem reprobauerunt edificantes: Hic factus eſt inca
put anguli? Adnō factum eſt iſtud. et eſt mirabile in oculis nr̄is. Et querebant illum tenere:
et timuerunt turbā. Cognouerūt eīn quoniā ad eos parabolam hanc dixit: et relicto eo abie
rūt. Et mittunt ad eum quoſdā ex phariſeis et herodianis: ut eum caperent in uerbo. Qui ueni
entes: dicunt ei. Magiſter ſcimus quia uerax es: et non curas quemqm̄: nec eīn uides infaci
em hominum. ſed inueritate uiam dei doces. Licet dari tributum ceſari: an non dabimus?
Qui ſciens uerſutiam eorum: ait illis. Quid me temptatis? Afferte michi denariū ut uide
am. At illi obtulerunt ei. Et ait illis. Cuius eſt ymago hec et inſcripcio? Dicunt illi ceſaris.
Reſpondens autē ihūs dixit. Reddite ergo que ſunt ceſaris ceſari: et que ſunt dei deo. Et mirabāt
ſup eo. Et ueniunt ad eum ſaducei qui dicunt reſurrectionē nō eē. et interrogabant eum dicentes
Magiſter moyſes nobis ſcripſit: ut ſi cuius frater mortuus fuerit. et dimiſerit uxorem: et filios
non reliquerit: accipiat frater eius uxorem ipſius: et reſuſcitet ſemen frī ſuo Septem eīn fres erat
et prim9 accepit uxorem et mortuus eſt: non relicto ſemine. Et ſcdus accepit eam et mortuus eſt.
et nec iſte reliquid ſemen. Et tercius ſimiliter. Et acceperunt eam ſimiliter ſeptem: et non re
liquerunt ſemen. Nouiſſima om̄ defuncta eſt. et mulier In reſurrectione ergo cum reſurrexe
rint: cui9 de hijs erit uxor? Septem enim habuerunt eam uxorem. Et reſpondens ihūs ait ill.
Nonne ideo erratis: non ſcientes ſcripturas ne q3 uirtutem dei. Cum eīn amortuis reſurrexerit
ne q3 nubent ne q3 nubentur: ſed ſunt ſicud angeli incelis. De mortuis autem quod reſurgant
non legiſtis in libro moyſi: ſup rubum: quomō de9 illi dixerit inquiens ego ſum de9 abraham:

⁊ deus ysaac : ⁊ deus iacob : non est de⁹ mortuorum sed uiuorum. Uos ergo multum erratis. Et accessit un⁹
de scribis · qui audierat illos conquirentes : ⁊ uidens quoniam bene illis responderit : interrogauit eum
quod esset primum omnium mandatum. Ihesus autem : respondit ei · Quia primum omnium mandatum est ·
audi israel dominus de⁹ tuus de⁹ un⁹ est · ⁊ diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo : ⁊ ex tota anima
tua : ⁊ ex tota mente tua : ⁊ ex tota uirtute tua · Hoc est primum mandatum · Secundum autem : simile
huic est · Diliges proximum tuum tamquam te ipsum. Maius horum : aliud mandatum non est.
Et ait illi scriba bene magister in ueritate dixisti : quia unus est : ⁊ non est alius preter eum. Et ut di
ligatur ex toto corde : ex toto intellectu : ⁊ ex tota anima : ⁊ ex tota fortitudine. Et diligere proxi
mum tamquam se ipsum · maius est omnibus holocaustomatibus ⁊ sacrificiis. Ihesus autem uidens
quod sapienter respondisset : dixit illi Non es longe a regno dei. Et nemo iam audebat eum amplius inter
rogare. Et respondens ihesus dicebat : docens in templo. Quomodo dicunt scribe : xpistum filium esse dauid
ipse enim dauid dicit in spiritu sancto. Dixit dominus domino meo sede a dextris meis. Donec ponam inimicos tuos sca
bellum pedum tuorum · Ipse ergo dauid dicit eum dominum : ⁊ unde est filius eius ? Et multa turba
eum libenter audiuit. Et dicebat illis in doctrina sua · Cauete a scribis qui uolunt in stolis ambu
lare : ⁊ salutari in foro ⁊ in primis cathedris sedere in synagogis · ⁊ primos discubitus in cenis. Qui
deuorant domos uiduarum sub obtentu prolixe orationis hi accipient prolixius iudicium. Et sedens
ihesus contra gazophilacium aspiciebat quomodo turba iactaret es in gazophila cium : ⁊ multi diui
tes iactabant multa. Cum uenisset autem una uidua pauper : misit duo minuta quod est quadrans
⁊ conuocatis discipulos suos : Ait illis. Amen dico uobis : quoniam uidua hec pauper plus om
nibus misit qui miserunt in gazophilacium omnes enim ex eo quod habundabat illis miserunt.
Hec uero de penuria sua omnia que habuit : misit totum uictum suum xiij ¶
Et cum egrederetur de templo ait illi unus ex discipulis suis. Magister aspice quales lapides
: ⁊ quales structure. Et respondens ihesus : ait illi. Uides has omnes edificationes mag
nas non relinquetur lapis super lapidem qui non destruatur. Et cum sederet in monte oliua
rum contra templum : interrogabant eum seperatim Petrus ⁊ iacob⁹. ⁊ iohes. ⁊ Andreas. Dic
nobis quando ista fient ⁊ quod signum erit quando hec omnia incipient consummari ? Et respondens
ihesus : cepit dicere illis uidete ne quis uos seducat. Multi enim uenient in nomine meo dicentes : quia
ego sum : ⁊ multos seducent. Cum audieritis autem bella ⁊ opiniones bellorum : ne timueritis. Op
tet enim fieri : sed non dum finis. Exurget autem gens super gentem · ⁊ regnum super regnum : ⁊ erunt
terremot⁹ per loca ⁊ fames initium dolorum hec. Uidete autem uos met ipsos. Tradent autem uos in conciliis
⁊ in synagogis uapulabitis. Et ante presides ⁊ reges stabitis propter me : in testimonium illis. Et in omnes
gentes primum opportet predicari euangelium. Et cum duxerint uos tradentes : nolite pre
cogitare quid loquamini. Sed quod datum uobis fuerit in illa hora : id loquimini. Non enim
estis : uos loquentes : sed spiritus sanctus. Tradet autem frater fratrem in mortem : ⁊ pater filium.
Et consurgent filii in parentes : ⁊ morte afficient eos. Et eritis odio omnib⁹ propter nomen meum.
Qui autem sustinuerit in finem : hic saluus erit. Cum autem uideritis abhominationem desolacionis :
stantem ubi non debet : qui legit intelligat. Tunc qui in iudea sunt : fugiant in montes. Et qui
super tectum ne descendat in domum : nec introeat ut tollat quid de domo sua. ue autem pregnanti
bus ⁊ nutrientib⁹ ⁊ qui in agro erit non reuertatur retro tollere uestimentum suum in illis diebus.
Orate uero : ut hyeme non fiant. Erunt enim dies illi tribulaciones tales : quales non fuerunt ab
initio creature · quam condidit de⁹ usque nunc : neque fient. Et nisi breuiasset dominus dies : non fuisset
salua omnis caro. Sed propter electos quos elegit : breuiauit dies. Et nunc si quis uobis dixerit.
Ecce hic est xpistus ecce illic ne credideritis. Exurgent enim pseudo xpisti ⁊ pseudo prophete : ⁊ dabunt signa ⁊ por
tenta ad seducendos. Si potest fieri etiam electos. Uos ergo uidete : ecce predixi uobis omnia. Sed in
illis diebus post tribulacionem illam · sol contenebrabitur : ⁊ luna non dabit splendorem suum. Et stel
le celi erunt decidentes : ⁊ uirtutes que sunt in celis mouebuntur. Et tunc uidebunt filium hominis
uenientem in nubibus cum uirtute multa ⁊ gloria. Et tunc mittet angelos suos · ⁊ congregabit elec
tos suos a quatuor uentis a summo terre usque ad summum celi. A ficu autem discite parabolam istam.
Cum iam ram⁹ eius tener fuerit · ⁊ nata fuerint folia : cognoscitis quia in proximo sit estas · Sic
⁊ uos cum uideritis hec fieri : scitote quod in proximo sit in hostiis Amen dico uobis quoniam non
transsibit generacio hec donec omnia ista fiant. Celum ⁊ terra transsibunt uerba autem mea non transsibunt De die autem illa uel ho
ra nemo scit ne que angeli in celo ne que filius nisi pater uidete uigilate ⁊ orate : nescitis enim quando
tempus sit. Sicut homo qui peregre profectus reliquit domum suam : ⁊ dedit seruis suis
potestatem cuiusque operis ⁊ ianitori precipiat ut uigilet uigilate ergo nescitis quando dominus dom⁹
ueniat sero an media nocte : an gallicantu : an mane. Ne cum uenerit repente : inueniat uos
dormientes. Quod autem uobis dico omnibus dico uigilate xiiij ¶

Ev. sdm Marcum.

Erat autem pascha et azyma post biduum. Et querebant summi sacerdotes et scribe quomodo
eum dolo tenerent et occiderent. Dicebant enim non in die festo ne forte tumultus fieret populi.
Et cum esset in domo bethanie in domo symonis leprosi et recumberet venit mulier habens ala-
bastrum ungenti nardi spicati preciosi et fracto alabastro effudit super caput eius. Erant autem quidam
indigne ferentes intra semet ipsos et dicentes. Ut quid perdicio ista ungenti facta est? Poterat
enim ungentum istud venumdari plus quam trecentis denarijs et dari pauperibus. Et fremebant
in eam. Ihesus autem dixit. Sinite eam quid illi molesti estis. Bonum opus operata est in me. Semper
enim pauperes habetis vobiscum et cum volueritis potestis illis benefacere. Me autem non semper habebitis.
Quod habuit hec fecit. prevenit ungere corpus meum in sepultura. Amen dico vobis. ubicumque
predicatum fuerit istud ewangelium in universo mundo et quod fecit hec narrabitur in memoriam
eius. Et iudas scharioche unus de duodecim abijt ad summos sacerdotes ut proderet eum illis.
Qui audientes gavisi sunt et promiserunt ei pecuniam se daturos. Et querebat quomodo illum op-
portune traderet. Et primo die azimorum quando pascha immolabant. Dicunt ei discipuli. Quo vis
eamus et paremus tibi ut manduces pascha? Et mittit duos ex discipulis suis et dicit eis. Ite in
civitatem et occurret vobis homo lagenam aque baiulans. sequimini eum. Et quocumque intro-
ierit dicite domino domus. Quia magister dicit ubi est refectio mea? ubi pascha cum discipulis
meis manducem? et ipse vobis demonstrabit cenaculum grande stratum. et illic parate nobis. Et
abierunt discipuli eius et venerunt in civitatem et invenerunt sicut dixerat illis et paraverunt
pascha. Vespere autem facto venit cum xii. et discumbentibus eis. et manducantibus ait ihesus amen
dico vobis quia unus ex vobis me tradet qui manducat mecum. At illi ceperunt con-
tristari et dicere ei singillatim. Numquid ego? Qui ait illis. Unus ex duodecim qui in-
tingit mecum manum in catino. Et filius quidem hominis vadit sicut scriptum est de eo.
Ve autem homini illi per quem filius hominis tradetur. Bonum erat ei si non esset natus homo ille. Et
manducantibus illis accepit ihesus panem et benedicens fregit et dedit eis. et ait. et accepto calice gratias
agens dedit eis. Et biberunt ex illo omnes et ait illis. Hic est sanguis meus novi testamenti qui
pro multis effundetur. Amen dico vobis quod iam non bibam de genimine vitis usque in diem
illum cum illud bibam novum in regno dei. Et ymno dicto exierunt in montem olivarum. Et ait
illis ihesus. Omnes scandalizabimini in me in nocte ista. Quia scriptum est percutiam pastorem et
dispergentur oves. Sed postea quam resurrexero precedam vos in galileam. Petrus autem ait ei. Et
si omnes scandalizati fuerint sed non ego. Et ait illi ihesus. Amen dico tibi quia tu hodie in nocte hac
prius quam gallus bis vocem dederit ter me es negaturus. At ille amplius loquebatur et si oppor-
tuerit me simul commori tibi non te negabo. Similiter autem et omnes dicebant. Et veniunt in
predium cui nomen gethsemani. Et ait discipulis suis. Sedete hic donec orem et assumpsit Petrum
et Iacobum et Iohannem secum et cepit pavere et tedere. Et ait illis. Tristis est anima mea usque
ad mortem sustinete hic et vigilate. Et cum processisset paululum procidit super terram et ora-
bat ut si fieri posset transiret a beo hora. Et dixit abba pater omnia tibi possibilia sunt trans-
fer calicem hunc a me. Sed non quod ego volo sed quod tu. Et venit et invenit eos dormientes. Et
ait petro Symon dormis non potuisti una hora vigilare vigilate et orate ut non intretis in
temptacionem. Spiritus quidem promptus est caro vero infirma. Et iterum abiens oravit eundem
sermonem dicens. Et reversus denuo invenit eos dormientes. Erant enim oculi eorum gravati. et
ignorabant quid responderent ei. et venit tercio et ait illis. Dormite iam et requiescite. Sufficit
venit hora ecce tradetur filius hominis in manus peccatorum. Surgite eamus ecce qui me tradet prope
est. Et adhuc eo loquente venit iudas scharioch unus ex duodecim et cum eo turba multa cum gladijs
et lignis a summis sacerdotibus et a scribis et a senioribus. Dederat autem traditor eius eis signum dicens
Quemcumque osculatus fuero ipse est tenete eum et ducite caute. Et cum venisset statim accedens ad
eum ait. Rabbi et osculatus eum est. At illi manus iniecerunt in eum. et tenuerunt eum unus autem quidam
de circumstantibus educens gladium percussit servum summi sacerdotis et amputavit illi auriculam.
Et respondens ihesus ait illis. Tamquam ad latronem existis cum gladijs et lignis comprehendere me.
Cottidie eram aput vos in templo docens et non me tenuistis. Sed ut impleantur scripture. Tunc
discipuli eius relinquentes eum omnes fugierunt. Adolescens autem quidam sequebatur eum
amictus syndone super nudo et tenuerunt eum at ille reiecta syndone nudus profugit ab eis. Et ad-
duxerunt eum ad summum sacerdotem et convenerunt omnes sacerdotes et scribe et seniores. Petrus
autem a longe secutus est eum usque intro in atrium summi sacerdotis. Et sedebat cum ministris
et calefaciebat se ad ignem. Summi vero sacerdotes et omne concilium querebant adversus
ihesum testimonium ut eum morti traderent nec inveniebant. Multi autem testimonium falsum dice-
bant adversus eum et convenientia testimonia non erant. Et quidam surgentes falsum testimonium

Sumite h
corpus m

um ferebant contra eum dicentes. Quoniam nos audiuimus eum dicentem: ego dissoluam templum
hoc manu factum et per triduum edificabo. Et non erat conueniens testimonium illorum. Et ex
urgens summus sacerdos in medium: interrogauit ihm dicens. Non respondes quicquam ad ea
que tibi obiciuntur ab his? Ille autem tacebat et nichil respondit. Rursum summus sacerdos
interrogabat eum: et dixit ei. Tu es xpistus filius dei benedicti? Ihesus autem dixit illi. Ego sum
et uidebitis filium hominis a dextris sedentem uirtutis: et uenientem cum nubibus celi. Sum
mus autem sacerdos scindens uestimenta sua ait. Quid adhuc desideramus testes? Audistis
blasphemiam: quid uobis uidetur? Qui omnes condempnauerunt eum dignum esse mortis.
Et ceperunt quidam conspuere eum: et uelare faciem eius: et colaphis eum cedere: et dicere ei.
Prophetiza. Et ministri alapis eum cedebant. Et cum esset Petrus in atrio deorsum: uenit una
ex ancillis summi sacerdotis. Et cum uidisset petrum calefacientem se: aspiciens illum ait. Et
tu cum ihu nazareno eras? At ille negauit dicens: neque scio: neque noui quid dicas. Et exiit
foras ante atrium: et gallus cantauit. Rursus autem cum uidisset illum ancilla: cepit circumstan
tibus dicere quia hic ex illis est. At ille iterum negauit. Et post pusillum rursus qui adstabant
dicebant petro uere ex illis es: nam et galileus es. Ille autem cepit anathematizare et iurare:
quia non scio hominem hunc quem dicitis. Et statim iterum gallus cantauit. Et recordatus est
Petrus uerbi quod dixerat ei ihus priusquam gallus cantet bis ter me negabis: et cepit flere. Et
xv confestim mane facientes consilium summi sacerdotes cum senioribus et scribis: et uniuerso conci
lio. uincientes ihm duxerunt et tradiderunt pylato. et interrogauit eum pylatus: tu es rex iudeorum:
At ille respondens [hole] ait illi. Tu dicis. Et accusabant eum summi sacerdotes in multis. Py
latus autem rursum [hole] interrogabat eum dicens. Non respondes quicquam. Uide in quantis
te accusant? Ihesus autem amplius nichil respondit ita ut miraretur pilatus. Per diem autem
festum dimittere solebat illis unum ex uinctis quemcumque petissent. Erat autem qui dicebatur bar
rabas: qui cum seditiosis erat uinctus: qui in seditione fecerat homicidium. Et cum ascendisset tur
ba: cepit rogare sicut semper faciebat illis. pilatus autem: respondit eis et dixit. uultis dimittam
uobis regem iudeorum. Sciebat enim quod per inuidiam tradidissent eum: summi sacerdotes. Pon
tifices autem concitauerunt turbam: ut magis barraban dimitteret eis. Pilatus autem iterum respon
dens. ait illis Quid ergo uultis faciam regi iudeorum? At illi iterum clamauerunt. Crucifige eum.
Pilatus autem uolens satisfacere populo: dimisit illis barraban. Et tradidit eis ihm flagellis cesum: ut
crucifigeretur. Milites autem duxerunt eum intro in atrium pretorii: et conuocant totam cohortem:
et induunt eum purpura: et imponunt ei plectentes spineam coronam: et ceperunt salutare eum. Aue
rex iudeorum. Et percutiebant caput eius harundine: et conspuebant eum et ponentes genua adorabant
eum. Et postquam illuserunt ei: exuerunt illum purpura et induerunt illum uestimentis suis. Et e
ducunt illum ut crucifigerent eum. Et angariauerunt pretereuntem quempiam symonem cireneum ueni
entem de uilla: patrem alexandri et rufi ut tolleret crucem eius. Et perducunt illum in golgatha locum
quod est interpretatum caluarie locus. Et dabant ei bibere mirratum uinum et non accepit Et crucifi
gentes eum diuiserunt uestimenta sua mittentes sortem super eis. quis quid tolleret. Erat autem hora
tercia: et crucifixerunt eum. Et erat titulus cause eius inscriptus: rex iudeorum et cum eo crucifigunt
duos latrones: unum a dextris et alium a sinistris eius Et adimpleta est scriptura que dicit: et cum
iniquis reputatus est. Et pretereuntes blasphemabant eum: mouentes capita sua et dicentes:
Ua: qui destruit templum et in tribus diebus edificat. Saluum fac te met ipsum descendens de cruce.
Similiter et summi sacerdotes ludentes ad alterutrum cum scribis dicebant. Alios saluos fecit:
semetipsum non potest saluum facere xpistus rex israel descendat nunc de cruce: ut uideamus et cre
damus ei. Et qui cum eo crucifixi erant: conuiciabantur ei. Et facta hora sexta: tenebre facte
sunt per totam terram: usque in horam nonam. Et hora nona exclamauit ihus uoce magna dicens.
Heloy heloy lamasabactani. Quod est interpretatum deus meus deus meus: ut quid dereliquisti me? Et qui
dam de circumstantibus audientes dicebant. Ecce helyam uocat. Currens autem unus et implens spon
giam aceto: circumponensque calamo potum dabat ei dicens. Sinite uideamus si ueniat helyas ad depo
nendum eum. Ihus autem: emissa uoce magna: exspirauit. Et uelum templi scissum est in duo:
a summo usque deorsum. uidens autem centurio qui ex aduerso stabat: quia sic clamans exspirasset. ait
uere homo hic: filius dei erat. Erant autem et mulieres a longe aspicientes: inter quas erat Maria
magdalena. et maria iacobi minoris. et ioseph mater: et salome. Et cum esset in galilea: sequebantur eum:
et ministrabant ei. Et alie multe: que simul cum eo ascenderant in ierosolimam. Et cum iam sero esset fac
tum: quia erat parasceue quod est ante sabbatum. Uenit ioseph ab arimathia nobilis decurio: qui et
ipse erat expectans regnum dei: et audacter introyit ad pilatum: et petiit corpus ihu. Pylatus autem
mirabatur: si iam obisset: et accersito centurione: interrogauit eum si iam mortuus esset. Et cum cog

[margin:]
us autem dice
quid enim mali
it illi magis cla
t Crucifige eum

nouisset acenturione : donauit corpus ioseph. Ioseph autē mercatus syndonem. ⁊ deponens eum i
uoluit insyndone : ⁊ posuit eum in monumento quod erat excisum depetra. Et aduoluit lapidem : ad
Maria autem Magdalena ⁊ maria ioseph aspiciebant hostium monumenti xcij
ubi poneretur. Et cum transisset sabbatum : maria magdalena ⁊ maria iacobi ⁊ salome emerunt aro
mata : ut uenientes ungerent ihm. Et ualde mane una sabbatorum : ueniunt ad monumentum orto iam
sole. Et dicebant adinuicem. Quis reuoluet nobis lapidem abhostio monumenti. Et respicientes uide
runt reuolutum lapidem. Erat quippe magnus ualde. Et introeuntes in monumentum : uiderunt iu
uenem sedentem indextris : coopertum stola candida : ⁊ obstupuerunt. Qui dicit illis. Nolite expauescere :
ihm queritis nazarenum : crucifixum : surrexit : non est hic. Ecce locus : ubi posuerunt eum : sed ite dicite
discipulis eius. ⁊ petro : quia precedet uos ingalileam. Ibi eum uidebitis : sicud dixit uobis. At ille exeū
tes fugerunt demonumento : inuaserat eñi eas tremor ⁊ pauor : ⁊ nemini quicq̄m dixerunt : timebant
enim. Surgens autē ihus mane pⁱma sabbati : Apparuit pⁱmo Marie Magdalene : dequa eiecerat septē
demonia. Illa uadens nunciauit hys qui cum eo fuerant. lugentibꝰ ⁊ flentibꝫ. Et illi audientes quia ui
ueret ⁊ uisus eēt abea : non crediderunt. Post hec autē duobꝫ exeis ambulantibꝫ : ostensus est in alia effi
gie : euntibꝫ in villam. Et illi euntes nunciauerunt ceteris nec illis crediderunt. nouissime uō. recumbentibꝫ undecim dis
cipulis : apparuit illis ihus. ⁊ exprobrauit incredulitatem illorum : ⁊ duriciam cordis : quia hys qui uiderant
eū resurrexisse. non crediderunt. Et dixit eis. Euntes inmundum uniuersum predicate ewangelium om̄i
creature. Qui crediderit ⁊ baptisatus fuerit : saluus erit. Qui uero non crediderit : condempnabitur
Signa autem eos qui crediderint hec sequentur. Innomine meo demonia eicient : linguis loquentur no
uis. serpentes tollent. Et si mortiferum quid biberint : non eos nocebit. Sup egros manus inponent ⁊
bn̄ habebunt. Et dominus quidem ihus postquam locutus est eis assumptus est incelum : ⁊ sedit adextris
dei. Illi autem pfecti predicauerunt ubiq̄. Domino cooperante ⁊ sermonem confirmante : sequētibꝫ sigñs.

Incipit Evangelium secundum Lucam.

Fuit in diebus herodis regis iudee: sacerdos quidā nomine zac
charias de uice abia: et uxor illi de filiabus aaron et nomen eius
elizabet. Erant autē iusti ambo ante deum: incedentes in omībus
mandatis: et iustificationibus domini sine querela. Et non erat il
lis filius: eo quod eēt elizabet sterilis: et ambo processissent in
diebus suis. Factum est autem cum sacerdotio fungeretur zach
arias in ordine uicis sue ante deum scđm consuetudinē sacerdo
tij sorte exijt ut incensum poneret ingressꝰ intemplum domī:
et omnis multitudo erat populi orans foris: hora incensi. Appa
ruit autem illi angelus domini stans adextrīs altaris incensi. Et
zacharias turbatus est uidens: et timor irruit sup eum. Ait
autem ad illum angelus. Ne timeas zacharia: quoniam ex
audita est deprecatio tua. Et uxor tua elizabeth pariet tibi filiū
et uocabis nomen eius iohannem. Et erit gaudiū tibi et exultatꝰ:
et multi in natiuitate eius gaudebunt. Et erit magnꝰ coram
domino: et uinum et siceram non bibet. Et spiritu sancto re
plebitur adhuc ex utero matris sue: Et multos filiorū isrl': conuertet ad dominum deū ipsorū. Et ipse p̄
cedet ante illum: in spū et uirtute helye ut conuertat corda patrum in filios: et incredulos ad prudentiā
iustorum. Parare domino: plebem pfectam. Et dixit zacharias ad angelum. Unde hoc sciam? Ego
enim sum senex: et uxor mea processit in diebꝫ suis. Et respondens angelus dixit ei. Ego sum gabriel
qui asto ante deum: et missus sum loqui adte. et hec est tibi ewangelisare. Ecce tu eris tacens: et non po
teris loqui usqꝫ indiem quo hec fiant. Pro eo quod non credidisti uerbis meis: que implebuntur intpe
suo. Et erat plebs expectans zachariam: et mirabatur quod tardaret ipse intemplo: Egressus autē nō po
terat loqui ad illos. et cognouerunt quod uisionē uidisset intemplo. Et ipse erat innuens illis: et pmansit
mutus. Et factum est ut impleti sunt dies officij eius: abijt indomum suam. Post hos aūt dies concepit elizabeth uxor eius et oc
cultauit se mensibꝫ quinqꝫ dicens quia sic fecit michi dominus: in diebꝫ quibus respexit auferre obprobriū
meum int̄ homines. In mense autē .vi. missus est angelus gabriel adeo inciuitatem galilee: cui nomen
nazareth ad uirginem desponsatam uiro: cui nomē erat ioseph. De domo dauid: et nomen uirginis maria.
Et ingressus angelus ad eam dixit. Aue grā plena dominꝰ tecum: benedicta tu in mulieribꝫ. Que cū
audisset: turbata est in sermone eius: et cogitabat qualis eēt ista salutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas
maria inuenisti enim graciam apud dominum. Ecce concipies in utero. et paries filium: et uocabis nomen
eius ihm. Hic erit magnꝰ et filius altissimi uocabitur. Et dabit illi dns deus sedem dauid pris eius: et
regnabit in domo iacob ineternum: et regni eius nō erit finis. Dixit autem Maria ad angelum.
Quomō fiet istud: qm̄ uirum non cognosco? Et respondens angelus: dixit ei. Sp̄us sanctus
sup̄ ueniet inte: et uirtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoqꝫ et quod nascetur exte: scm̄ uocabitur
filius dei. Et ecce elizabeth cognata tua: et ipsa concepit filium insenectute sua. Et hic mensis ē .vi.
illi qui uocatur sterilis: quia nō erit inpossibile aput deum omne uerbum. Dixit autē Maria. Ecce ancil
la domini: fiat michi scđm uerbum tuum. Et discessit ab illa angelus. Exurgens autem maria in die
bus illis abijt in montana cum festinatione inciuitatem iuda. Et intrauit in domum zacharie: et salutaͭ
elizabeth. Et factum est ut audiuit salutationem marie Elizabeth: exultauit infans in utō eius. Et re
pleta est spiritu sancto elizabeth: et clamauit uoce magna et dixit. Benedicta tu inter mulieres: et bene
dictus fructus uentris tui. Et unꝰ hᵒ michi: ut ueniat mater domini mei adme. Ecce enim ut facta ē uox
salutationis tue in auribꝫ meis: exultauit ingaudio infans in utō meo. Et beata que credidit: qm̄ p
ficientur ea que dicta sunt ei adomino. Et ait Maria. Magnificat anima mea dnm̄ et exultauit spūs
meus indeo salutari meo. Quia respexit humilitatem ancille sue. ecce enim exhoc beatam me dicent
omnes generationes. Quia fecit michi magna qui potens est: et sanctum nomē eius. Et misericor
dia eius apgenie et progenies: timentibꝫ eum. Fecit potentiam inbrachio suo: dispersit superbos m̄
te cordis sui. Deposuit potentes desede: et exaltauit humiles. Esurientes impleuit bonis et diuites
dimisit inanes. Suscepit israhel puerum suum: recordatus misericordie sue. Sicud locutus est ad
pr̄es nros: abraham et semini eius insecula. Mansit autē maria cum illa: quasi mensibus tribus et re
uersa est indomum suam. Elizabeth autem inpletum est tempus pariendi. et peperit filium
Et audierunt uicini et cognati eius. quia magnificauit dominus miām suam cum illa:
et congratulabantur ei. Et factum est in die octauo: uenerunt cir cuncidere puerū: et uocabant
eum nomine pr̄is sui zachariam. Et respondens mater eius dixit. Nequaqm̄ sed uocabitur
iohannes. Et dixerunt ad illam: quia nemo est incognatione tua: qui uocetur hoc nomine. Innu
ebant autem patri eius: quem uellet uocari eum. Et postulans pugillarem inscripsit dicens. Iohes

eſt nomen eius. Et mirati ſunt uniuerſi. Apertum eſt autem illico os eius ⁊ lingua eius ⁊ loquebatur be
nedicens deum. Et factus eſt timor ſuper omnes uicinos eorum ⁊ ſuper omnia montana iudee diuulgaban
tur omnia uerba hec. Et poſuerunt omnes qui audierant in corde ſuo dicentes. Quis putas puer iſte
erit. Etenim manus domini erat cum illo. Et zacharias pater eius impletus eſt ſpiritu ſancto ⁊ prophetauit
dicens. Benedictus dominus deus iſrahel quia uiſitauit ⁊ fecit redemptionem plebis ſue. Et erexit cornu
ſalutis nobis in domo dauid pueri ſui. Sicut locutus eſt per os ſanctorum qui a ſeculo ſunt prophetarum eius.
Salutem ex inimicis noſtris ⁊ de manu omnium qui oderunt nos. Ad faciendam miſericordiam cum patribus noſtris
⁊ memorari teſtamenti ſui ſancti. Iuſiurandum quod iurauit ad abraham patrem noſtrum daturum ſe nobis.
Ut ſine timore de manu inimicorum noſtrorum liberati ſeruiamus illi. In ſanctitate ⁊ iuſtitia coram ipſo
omnibus diebus noſtris. Et tu puer propheta altiſſimi uocaberis. preibis enim ante faciem domini parare
uias eius. Ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius in remiſſionem peccatorum eorum. Per uiſcera miſericordie
dei noſtri in quibus uiſitauit nos oriens ex alto. Illuminare hys qui in tenebris ⁊ in umbra mortis ſedent.
ad dirigendos pedes noſtros in uiam pacis. Puer autem creſcebat ⁊ confortabatur ſpiritu ⁊ erat in
deſertis uſque in diem oſtenſionis ſue ad iſrahel. Factum eſt autem in illis diebus. Exiit edictum a ceſare au C. 2. Cap
guſto ut deſcriberetur uniuerſus orbis. Hec deſcriptio prima facta eſt a preſide ſyrie cyrino. Et ibant
omnes ut profiterentur ſinguli in ſuam ciuitatem. Aſcendit autem ⁊ ioſeph a galilea de ciuitate na
ſareth in iudeam ciuitatem dauid que uocatur bethlehem. Eo quod eſſet de domo ⁊ familia dauid
ut profiteretur cum maria deſponſata ſibi uxore pregnante. Factum eſt autem cum eſſent ibi imple
ti ſunt dies ut pareret ⁊ peperit filium ſuum primogenitum. Et pannis eum inuoluit ⁊ reclina
uit eum in preſepio quia non erat eis locus in diuerſorio. Et paſtores erant in regione eadem
uigilantes ⁊ cuſtodientes uigilias noctis ſuper gregem ſuum. Et ecce angelus domini ſtetit iuxta
illos ⁊ claritas dei circumfulſit illos ⁊ timuerunt timore magno. Et dixit illis angelus nolite ti
mere. Ecce enim euangelizo uobis gaudium magnum quod erit omni populo. Quia natus eſt uobis
hodie ſaluator qui eſt chriſtus dominus in ciuitate dauid. Et hoc uobis ſignum inuenietis infan
tem inuolutum pannis ⁊ poſitum in preſepio. Et ſubito facta eſt cum angelo multitudo celeſtis
militie laudantium deum ⁊ dicentium. Gloria in altiſſimis deo ⁊ in terra pax hominibus bone uolun
tatis. Et factum eſt ut diſceſſerunt angeli ab eis in celum. Paſtores loquebantur ad inuicem. Tranſeamus
uſque bethlehem ⁊ uideamus hoc uerbum quod factum eſt quod dominus fecit ⁊ oſtendit nobis. Et ue
nerunt feſtinantes ⁊ inuenerunt mariam ⁊ ioſeph ⁊ infantem poſitum in preſepio. uidentes autem
cognouerunt de uerbo quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierunt mirati ſunt
⁊ de hys que dicta erant a paſtoribus ad ipſos. Maria autem conſeruabat omnia uerba hec confe
rens in corde ſuo. Et reuerſi ſunt paſtores glorificantes ⁊ laudantes deum in omnibus que audierant
⁊ uiderant ſicut dictum eſt ad illos. Et poſtquam conſummati ſunt dies octo ut circumcideretur puer
uocatum eſt nomen ihesus. Quod uocatum eſt ab angelo priuſquam in utero conciperetur. Poſtquam impleti
ſunt dies purgationis eius. ſecundum legem moyſi tulerunt illum in iheruſalem ut ſiſterent eum do
mino ſicut ſcriptum eſt in lege domini. Quia omne maſculinum adaperiens uuluam ſanc
tum domino uocabitur. Et ut darent hoſtiam ſecundum quod dictum eſt in lege domini par
turturum aut duos pullos columbarum. Et ecce homo erat in iheruſalem cui nomen ſimeon. Et homo
iſte iuſtus ⁊ timoratus expectans conſolationem iſrahel ⁊ ſpiritus ſanctus erat in eo. Et reſponſum ac
ceperat a ſpiritu ſancto non uiſurum ſe mortem niſi prius uideret chriſtum domini. Et uenit in ſpiritu in templum.
Et cum inducerent puerum ihesum parentes eius ut facerent ſecundum conſuetudinem legis pro eo.
⁊ ipſe accepit eum in ulnas ſuas ⁊ benedixit deum ⁊ dixit. Nunc dimittis ſeruum tuum domine
ſecundum uerbum tuum in pace. Quia uiderunt oculi mei ſalutare tuum quod paraſti ante faciem
omnium populorum. lumen ad reuelationem gentium ⁊ gloriam plebis tue iſrahel. Et erat pater ⁊ mater
eius mirantes ſuper hys que dicebant de illo Et benedixit illis ſymeon ⁊ dixit ad matrem eius
mariam. Ecce poſitus eſt hic in ruinam ⁊ reſurrectionem multorum in iſrahel ⁊ in ſignum cui contra
dicetur. Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius ut reuelentur ex multis cordibus cogi
tationes. Et erat anna propheteſſa filia phanuel de tribu aſer. Hec proceſſerat in diebus multis
⁊ uixerat cum uiro ſuo annis vii a uirginitate ſua. Et hec uidua erat uſque ad annos octoginta iiii or
que non diſcedebat de templo ieiunys ⁊ obſecrationibus. ſeruiens nocte ac die. Et hec ipſa hora ſu
perueniens confitebatur domino ⁊ loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionem
iheruſalem. Et ut perfecerunt omnia ſecundum legem domini reuerſi ſunt in galileam ciuitatem ſuam naza
reth. Puer autem creſcebat ⁊ confortabatur plenus ſapientia ⁊ gratia dei erat in illo. Et ibant parentes eius
per omnes annos in iheruſalem in die ſollempni paſche. Et cum factus eſſet annorum duodecim. aſcendentibus illis
iheroſolimam. ſecundum conſuetudinem diei feſti. Conſummatiſque diebus cum redirent permanſit puer ihesus

ierlm: & non cognouerunt parentes eius. Existimantes autem illum esse in comitatu. uenerunt iter diei: & re
quirebant inter cognatos & notos. Et non inuenientes: regressi sunt in ierlm requirentes eum. Et factum est
post triduum: inuenerunt illum in templo sedentem in medio doctorum: audientem illos & interrogantem illos.
Stupebant autem omnes: qui eum audiebant: super prudentia & responsis eius. Et uidentes: admirati sunt.
Et dixit mater eius ad illum: fili: quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolentes querebamus te. Et
ait ad illos. Quid est quod me querebatis? Nesciebatis: quia in hiis que patris mei sunt: oportet me esse.
Et ipsi non intellexerunt uerbum: quod locutus est ad illos. Et descendit cum eis: Et uenit nazareth: & erat
subditus illis. Et mater eius conseruabat omnia uerba hec: in corde suo. Et ihesus proficiebat sapientia:
& etate & gratia: apud deum & homines.

c. 3. Anno autem quinto decimo imperii tyberii cesaris procurante pontio pilato iudeam Tetrarcha autem ga
lilee herode philippo autem fratre eius tetrarcha iturree & traconitidis regionis: & lisania abiline tetrarcha
sub principibus sacerdotum anna & caypha: factum est uerbum domini super iohannem zacharie filium in de
serto. Et uenit in omnem regionem iordanis: predicans baptismum penitentie in remissionem peccatorum
sicut scriptum est: in libro sermonum esaie prophete. uox clamantis in deserto: parate uiam domini: rectas
facite semitas eius. Omnis uallis implebitur & omnis mons & collis humiliabitur. Et erunt praua
in directa: & aspera in uias planas. Et uidebit omnis caro: salutare dei. Dicebat ergo ad turbas. que ex
ibant ut baptizarentur ab ipso: Genimina uiperarum: quis ostendit uobis fugere a uentura ira? facite
ergo fructus dignos penitentie: Et ne ceperitis dicere patrem habemus abraham Dico enim uobis.
Quia potest deus de lapidibus istis suscitare filios abrahe. Iam enim securis: ad radicem arboris posita est
. Omnis ergo arbor non faciens fructum bonum excidetur & in ignem mittetur. Et interrogabant eum turbe:
dicentes. Quid ergo faciemus? Respondens autem dicebat illis. Qui habet duas tunicas: det non habenti unam.
Et qui habet escas: faciat similiter. Uenerunt autem publicani ut baptizarentur & dixerunt ad illum. Ma
gister quid faciemus? at ille dixit ad eos. Nichil amplius quam quod constitutum est uobis: faciatis. Interroga
bant autem eum & milites dicentes. Quid faciemus et nos? Et ait illis. Neminem concutiatis: neque
calumpniam faciatis: & contenti estote stipendiis uestris. Existimante autem populo & cogitantibus omnibus
in cordibus suis de iohanne ne forte ipse esset christus. Respondit omnibus iohannes: dicens ego quidem aqua
baptizo uos: ueniet enim fortior me post me: cuius non sum dignus soluere corrigiam calciamentorum eius:
ipse uos baptizabit in spiritu sancto & igni. Cuius uentilabrum in manu eius: & purgabit aream suam. &
congregabit triticum in horreum suum: paleas autem comburet igni inextinguibili. Multa quidem &
alia exortans: euangelizabat populo. Herodes autem tetrarcha cum corriperetur ab illo: de herodiade ux
ore fratris sui: & de omnibus malis que fecit herodes adiecit & hoc super omnia: & inclusit iohannem in carcerem
Factum est autem cum baptizaretur omnis populus: ihesu baptizato & orante: apertum est celum. Et descendit
spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum. Et uox de celo facta est. Tu es filius meus dilectus in te com
placuit michi. Et ipse ihesus erat incipiens quasi annorum xxx ut putabatur filius ioseph Qui fuit heli Qui fuit
mathat Qui fuit leui Qui fuit melchi Qui fuit ianne Qui fuit ioseph Qui fuit mathathie Qui fuit amos Qui
fuit naum Qui fuit hesli Qui fuit nagge Qui fuit maath Qui fuit mathathie Qui fuit semei Qui fuit io
sech Qui fuit ioda Qui fuit iohanna Qui fuit resa Qui fuit zorobabel Qui fuit salathihel Qui fuit neri
Qui fuit melchi Qui fuit addi Qui fuit cosam Qui fuit helmodam Qui fuit her Qui fuit iesu Qui
fuit heliezer Qui fuit iorim Qui fuit mathat Qui fuit leui Qui fuit symeon Qui fuit iuda Qui fuit
ioseph Qui fuit iona Qui fuit heliachim Qui fuit melea Qui fuit noe Qui fuit lamech Qui fuit ma
tusale Qui fuit enoc Qui fuit iareth Qui fuit malaleel Qui fuit menna Qui fuit mathatha Qui fuit
natan Qui fuit dauid Qui fuit iesse Qui fuit obed Qui fuit booz Qui fuit salmon Qui fuit naasson
Qui fuit aminadab Qui fuit aram Qui fuit esrom Qui fuit phares Qui fuit iude Qui fuit iacob
Qui fuit ysaac Qui fuit abrahe Qui fuit thare Qui fuit nachor Qui fuit sarug Qui fuit ragau Qui fuit
faleth Qui fuit eber Qui fuit sale Qui fuit cainan Qui fuit arfaxat Qui fuit sem Qui fuit caınan
Qui fuit enos Qui fuit seth Qui fuit adam Qui fuit dei.

c. 4. Ihesus autem plenus spiritu sancto regressus est a iordane & agebatur a spiritu in deserto. diebus quadraginta
& temptabatur a dyabolo. & nichil manducauit in diebus illis & consummatis illis esuriit. Dixit autem
illi dyabolus. Si filius dei es dic lapidi huic ut panis fiat. Et respondit ad illum ihesus. Scriptum
est: quia non in solo pane uiuit homo sed in omni uerbo dei. Et duxit illum dyabolus in montem excelsum
& ostendit illi omnia regna orbis terre in momento temporis. & ait illi. Tibi dabo potestatem hanc uniuersam et
gloriam illorum: quia michi tradita sunt: & cui uolo do illa. Tu ergo si adoraueris coram me: erunt tua omnia. Et
respondens ihesus: ait illi. Scriptum est: dominum deum tuum adorabis: & illi soli seruies. Et duxit illum
in ierlm: & statuit eum super pinnam templi: & dixit illi. Si filius dei es mitte te hinc deorsum. Scriptum est enim
quod angelis suis: mandauit de te ut conseruent te: & quia in manibus tollant te ne forte offendas ad lapidem
pedem tuum. Et respondens ihesus ait illi. Dictum est non temptabis deum tuum. Et consummata om

temptatione dyabulus recessit ab illo usque ad tempus. Et regressus est ihesus in virtute spiritus in galileam: et fa
ma exiit per universam regionem de illo. Et ipse docebat in synagogis eorum: et magnificabatur ab omnibus. Et
venit nazareth. ubi erat nutritus: et intravit secundum consuetudinem suam: die sabbati in synagogam et sur
rexit legere. Et traditus est illi liber prophete ysaie. Et ut revolvit librum: invenit locum ubi scriptum erat. Sa
nare contritos corde. predicare captivis remissionem: et cecis visum. Dimittere confractos remissionem: predi
care annum domini acceptum: et diem retributionis. Et cum complicuisset librum reddidit ministro et sedit.
Et omnium in synagoga oculi: erant intendentes in eum. Cepit autem dicere ad illos: quia hodie impleta
est hec scriptura in auribus vestris. Et omnes testimonium illi dabant: et mirabantur in verbis gratie: que proce
debant de ore ipsius. Et dicebant. Nonne hic est filius ioseph? Et ait illis. Utique dicetis michi hanc simi
litudinem: medice cura te ipsum. Quanta audivimus facta in capharnaum: fac et hic in patria tua. Ait autem
Amen dico vobis: quia nemo propheta acceptus est in patria sua. In veritate dico vobis. Multe vidue erant in
diebus helie in israhel: quando clausum est celum annis tribus et mensibus sex. Cum facta esset fames magna
in omni terra: et ad nullam illarum missus est helias: nisi in sarepta sydonie ad mulierem viduam. Et multi leprosi
erant in israhel sub heliseo propheta: et nemo eorum mundatus est. nisi neman syrus. Et repleti sunt omnes in
synagoga ira: hec audientes. Et surrexerunt: et eiecerunt illum extra civitatem. Et duxerunt illum usque ad
supercilium montis super quem civitas illorum erat edificata: ut precipitarent eum. Ipse autem transiens: per me
dium illorum ibat. Et descendit in capharnaum in civitatem galilee: ibique docebat illos sabbatis. Et stupebant
in doctrina eius: quia in potestate erat sermo illius. Et in synagoga erat homo habens demonium inmundum:
et exclamavit voce magna dicens. Sine. quid nobis et tibi ihesu nazarene: venisti perdere nos? Scio te:
quia sis sanctus dei. Et increpavit illum ihesus dicens: Obmutesce: exi ab illo. Et cum proiecisset illum demo
nium in medium: exiit ab illo nichilque illum nocuit. Et factus est pavor in omnibus: et colloquebantur ad invicem
dicentes. Quod est hoc verbum quia in potestate et virtute imperat inmundis spiritibus: et exeunt? Et divul
gabatur ab illo fama in omnem locum regionis. Surgens autem ihesus de synagoga: introivit in domum
symonis. Socrus autem symonis tenebatur magnis febribus. Et rogaverunt illum pro ea. Et stans
super eam. imperavit febri et dimisit illam. Et continuo surgens: ministrabat illis. Cum sol autem occidis
set: omnes qui habebant infirmos variis languoribus ducebant illos ad eum. At ille singulis manus
imponens: curabat eos. Et exiebant autem demonia a multis: clamantia et dicentia: quia tu es filius dei. Et
increpans non sinebat loqui ea: quia sciebant ipsum esse christum. Facta autem die egressus ibat in desertum locum:
et turbe requirebant eum. Et venerunt usque ad ipsum: et detinebant illum ne discederet ab eis. Quibus ille ait
Quia et aliis civitatibus: oportet me evangelizare regnum dei. Quia ideo missus sum. Et erat predicans in sy
nagogis galilee. *Factum est autem cum turbe irruerent in eum. ut audirent verbum dei. et ipse stabat secus *¶ v.
stagnum genesareth. Et vidit duas stantes naves secus stagnum. Piscatores autem descenderant: et la
vabant retia. Ascendens autem in unam navim: que erat symonis: rogavit eum a terra reducere
pusillum: et sedens: docebat de navicula turbas. Ut autem cessavit loqui. dixit ad symonem. Duc in
altum. et laxate retia vestra in capturam. Et respondens symon: dixit illi. Preceptor: per totam noctem labo
rantes nichil cepimus in verbo autem tuo laxabo rete. Et cum hoc fecissent: concluserunt piscium mul
titudinem copiosam. Rumpebatur autem: rete eorum. Et annuerunt sociis qui erant in alia navi: ut ve
nirent et adiuvarent eos. Et venerunt: et impleverunt ambas naviculas: ita ut mergerentur. Quod
cum videret symon petrus: procidit ad genua ihesu dicens. Exi a me: quia homo peccator sum domine. Stupor
enim circumdederat eum: et omnes qui cum illo erant: in captura piscium quam ceperant. Similiter autem
iacobum et iohannem: filios zebedei: qui erant socii symonis. Et ait ad symonem ihesus. Noli time
re. ex hoc iam homines eris capiens. Et subductis ad terram navibus: relictis omnibus secuti sunt
illum. Et factum est cum esset in una civitatum: ecce vir plenus lepra: videns ihesum: et procidens in faciem
rogavit eum dicens. Domine: si vis potes me mundare. Et extendens manum: tetigit illum dicens
volo mundare. Et confestim: lepra discessit ab illo. Et ipse precepit illi: ut nemini diceret. Sed vade os
tende te sacerdoti: et offer pro emundatione tua: sicut precepit moyses in testimonium illis. Perambu
labat autem magis sermo de illo: et conveniebant turbe multe: ut eum audirent et curarentur ab infirmi
tatibus suis. Ipse autem se cedebat in desertum: et orabat ibi. Et factum est in una dierum: et ipse sedebat do
cens. Et erant pharisei sedentes: et legis doctores: qui venerant ex omni castello galilee et iudee: et ierusalem:
et virtus erat domini ad sanandum eos. Et ecce viri portantes in lecto hominem: qui erat paraliticus:
et querebant eum inferre: et ponere ante eum. Et non invenientes qua parte illum inferrent pre turba:
ascenderunt supra tectum: et per tegulas submiserunt illum cum lecto in medio ante ihesum. Quorum fidem
ut vidit dixit: Homo: remittuntur tibi peccata tua. Et ceperunt cogitare scribe et pharisei: dicen
tes. Quis est hic qui loquitur blasphemias? Quis potest dimittere peccata: nisi solus deus. Ut cog
novit autem ihesus: cogitationes eorum: respondens dixit ad illos. Quid cogitatis in cordibus vestris? Quid
est facilius dicere dimittuntur tibi peccata: an dicere surge et ambula. Ut autem sciatis quia filius hominis

Spiritus domini super me propter quod unxit me evangelizare misit me

potestatem habet in terra dimittere peccata. ait paralitico. tibi dico surge tolle lectum tuum et vade in domum tuam
Et confestim surgens coram illis: tulit lectum in quo iacebat: et abiit in domum suam magnificans deum. Et stu
por apprehendit omnes: et magnificabant deum. Et repleti sunt timore dicentes: quia vidimus mirabilia hodie.
Et post hec exiit ihesus et vidit publicanum nomine leui sedentem ad theloneum et ait illi sequere me. Et relictis
omnibus: surgens secutus est eum. Et fecit ei conuiuium magnum leui in domo sua: et erat turba multa pub
licanorum et aliorum qui cum illis erant discumbentes: et murmurabant pharisei et scribe eorum dicentes ad discipulos
eius. Quare cum publicanis et peccatoribus manducatis et bibitis? Et respondens ihesus dixit ad illos. Non egent me
dico qui sani sunt: sed qui male habent. Non veni vocare iustos: sed peccatores in penitentiam. At illi dixerunt
ad eum. Quare discipuli iohannis ieiunant frequenter et obsecrationes faciunt: similiter et phariseorum: tui autem
edunt et bibunt? Quibus ipse ait. Numquid potestis filios sponsi dum cum illis est sponsus ieiunare? venient
autem dies cum ablatus est sponsus ab illis: tunc ieiunabunt in illis diebus. Dicebat autem et similitudinem ad
illos. Quia nemo commissuram a uestimento nouo inmittit in uestimentum vetus: alioquin: et nouum rumpit
et veteri non conuenit commissura a nouo. Et nemo mittit vinum nouum in utres veteres: alioquin: rumpet vinum no
uum utres: et ipsum effundetur: et utres peribunt. Sed vinum nouum in utres nouos mittendum est: et utraque conseruantur
Et nemo bibens vetus statim vult nouum. Dicit enim vetus melius est. vj

Factum est autem in sabbato secundo: primo cum transiret per sata: vellebant discipuli eius spicas: et manducabant
confricantes manibus. Quidam autem phariseorum dicebant illis. Quid facitis? quod non licet in sabbatis?
Et respondens ihesus ad eos dixit. Nec hoc legistis quod fecit dauid cum esurisset ipse et qui cum eo erant:
quomodo intrauit in domum dei: et panes propositionis sumpsit: et manducauit ipse et dedit his qui cum ipso erant
quos non licebat manducare nisi tantum sacerdotibus. Et dicebat illis. Quia dominus est filius hominis:
etiam sabbati. Factum est autem et in alio ut intraret in synagogam et doceret. Et erat ibi homo: et manus eius
dextra erat arida. Obseruabant autem scribe et pharisei si in sabbato curaret: ut inuenirent unde accusarent illum.
Ipse vero sciebat cogitationes eorum: et ait homini qui habebat manum aridam. Surge et sta in medium. Et
surgens stetit. Ait autem ad illos ihesus. Interrogo vos: si licet sabbatis bene facere an male? animam saluam
facere an perdere? Et circumspectis omnibus: dixit homini. Extende manum tuam: et extendit: et restituta est
manus eius. Ipsi autem repleti sunt insipientia: et colloquebantur ad inuicem: quidnam facerent ihesu. Fac
tum est autem in illis diebus: exiit in montem orare. Et erat pernoctans in oratione dei. Et cum dies factus esset
vocauit discipulos suos. Et elegit xij ex ipsis: quos et apostolos nominauit. Symonem quem cognominauit
petrum: et andream fratrem eius: iacobum et iohannem: philippum et bartholomeum: matheum et thomam: ia
cobum alfei: et symonem qui vocatur zelotes: iudam iacobi: et iudam scarioth qui fuit proditor. Et descen
dens cum illis: stetit in loco campestri: et turba discipulorum eius. Et multitudo copiosa plebis ab omni iudea
et ierusalem et maritima: et tyri et sydonis: qui venerant ut audirent eum: et sanarentur a languoribus suis:
et qui vexabantur a spiritibus inmundis: curabantur. Et omnis turba querebat eum tangere: quia uirtus
de illo exibat: et sanabat omnes. Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos dicebat. Beati pauperes: quia uestrum
est regnum dei. Beati qui nunc esuritis: quia saturabimini. Beati qui nunc fletis: quia ridebitis. Beati eritis
cum vos oderint homines: et cum separauerint vos et exprobrauerint: et eiecerint nomen uestrum tamquam
malum propter filium hominis. Gaudete in illa die et exultate: ecce enim merces uestra multa est in celo.
Secundum hec enim faciebant prophetis patres eorum. Verumtamen ve vobis diuitibus: qui habetis consola
tionem uestram. Ve vobis qui saturati estis: quia esurietis. Ve vobis qui ridetis nunc: quia lugebitis
et flebitis. Ve cum benedixerint vobis omnes homines: secundum hec faciebant pseudo prophetis patres eorum. Sed vobis
dico qui auditis. Diligite inimicos uestros: benefacite his qui oderunt vos. Benedicite maledicentibus vos:
orate pro calumpniantibus vos: et qui percutit te in maxillam: prebe ei et alteram: et ab eo qui aufert tibi
uestimentum: et tunicam: noli prohibere. Omni autem petenti te tribue. Et qui aufert que tua sunt ne
repetas. Et prout uultis ut faciant vobis homines: et vos facite illis similiter. Et si diligitis eos qui vos diligunt:
que vobis est gratia. Nam et peccatores diligentes se diligunt: si bene feceritis his qui vobis benefaciunt: que
vobis est gratia. Siquidem et peccatores hoc faciunt. Et si mutuum dederitis his a quibus speratis recipere:
que gratia est vobis? Nam et peccatores peccatoribus fenerantur ut recipiant equalia. Verumtamen diligite in
imicos uestros: et benefacite: et mutuum date: nichil inde sperantes. Et erit merces uestra multa: et eritis fi
lii altissimi: quia ipse benignus est super ingratos et malos. Estote misericordes: sicut et pater uester misericors est. No
lite iudicare ut non iudicemini. Nolite condempnare: et non condempnabimini. Dimittite et dimittemini.
Date: et dabitur vobis. Mensuram bonam et confertam et coagitatam et supereffluentem dabunt in sinum uestrum.
Eadem vero mensura qua mensi fueritis: remecietur vobis. Dicebat autem illis et similitudinem. Numquid cecus
potest cecum ducere? Nonne ambo in foueam cadunt? Non est discipulus super magistrum perfectus autem omnis
erit: si sit sicut magister eius. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui: trabem que in oculo tuo est non con
sideras? Aut quomodo potes dicere fratri tuo: frater sine eiciam festucam de oculo tuo ipse in oculo tuo trabem non videns
Hypocrita? eice primum trabem de oculo tuo: et tunc perspicies ut educas festucam de oculo fratris tui. Non
est enim arbor bona: que facit fructus malos. Neque arbor mala: faciens fructum bonum. Unaquaeque enim

arbor: de fructu suo cognoscitur. Neque enim de spinis colligunt ficus: neque de rubo uindemiant uuam. Bonus
homo de bono thesauro cordis sui profert bonum. Et malus homo de malo thesauro profert malum. Ex ha-
bundantia cordis enim os loquitur. Quid autem uocatis me domine domine: et non facitis que dico. Omnis qui uenit ad
me: et audit sermones meos: et facit eos: ostendam uobis cui similis sit. Similis est homini edificanti domum:
qui fodit in altum: et posuit fundamenta super petram. Inundatione autem facta: illisum est flumen domui
illi. et non potuit illam mouere. fundata enim erat: supra firmam petram. Qui autem audit et non facit similis est
homini edificanti domum suam supra terram sine fundamento. In qua illisus est fluuius et continuo cecidit et facta est ru-
Cum autem implesset omnia uerba hec in aures plebis ¶ vij ¶ ina domus illius magna.
intrauit in capharnaum. Centurionis autem cuiusdam seruus male habens erat moriturus: qui illi erat
preciosus. Et cum audisset de ihesu misit ad eum seniores iudeorum: rogans eum ut ueniret et sanaret seruum
eius. At illi cum uenissent ad ihesum: rogabant eum sollicite dicentes ei. Quia dignus est ut hoc illi prestes: diligit
enim gentem nostram: et synagogam ipse edificauit nobis. Ihesus autem ibat cum illis. Et cum iam non longe
esset a domo: misit ad eum centurio amicos dicens. Domine noli te uexare. Non enim dignus sum: ut sub tectum
meum intres. Propter quod et me ipsum non sum dignum arbitratus: ut uenirem ad te. Sed dic uerbo: et sanabitur
puer meus. Nam et ego homo sum sub potestate constitutus: habens sub me milites. Et dico huic uade: et uadit
et alio ueni: et uenit et seruo meo fac hoc et facit. Quo audito ihesus: miratus est: et conuersus sequentibus se
turbis dixit. Amen dico uobis: nec in israhel tantam fidem inueni. Et reuersi qui missi fuerant domum inue-
nerunt seruum: qui languerat sanum. Et factum est deinceps ibat in ciuitatem que uocatur naim: et
ibant cum illo discipuli eius: et turba copiosa. Cum autem appropinquaret porte ciuitatis: ecce defunctus effe-
rebatur filius unicus matri sue. Et hec uidua erat et turba ciuitatis multa cum illa. Quam cum uidisset dominus:
misericordia motus super eam: dixit illi noli flere. Et accessit: et tetigit loculum. Hii autem qui portabant steterunt: et ait
adolescens: tibi dico: surge. Et resedit qui erat mortuus: et cepit loqui: et dedit illum matri sue. Accepit autem
omnes timor: et magnificabant deum dicentes. Quia propheta magnus surrexit in nobis: et quia deus uisitauit
plebem suam. Et exiit hic sermo in uniuersam iudeam de eo: et omnem circa regionem. Et nunciauerunt Jo-
hanni discipuli eius de omnibus his. Et conuocauit duos de discipulis suis iohannes: et misit ad ihesum dicens Tu es
qui uenturus es an alium expectamus. Cum autem uenissent ad eum uiri: dixerunt Johannes baptista misit nos
ad te dicens. Tu es qui uenturus es an alium expectamus. In ipsa autem hora: curauit multos a languoribus
et plagis et spiritibus malis: et cecis multis donauit uisum. Et respondens dixit illis: euntes nunciate iohanni
que uidistis et audistis: quia ceci uident claudi ambulant: leprosi mundantur: surdi audiunt: mortui resurgunt:
pauperes euangelisantur. Et beatus est quicumque non fuerit scandalisatus in me. Et cum discessissent nuncii iohannis
cepit dicere de iohanne ad turbas. Quid existis in desertum uidere harundinem uento moueri? Sed quid existis uidere:
hominem mollibus uestimentis indutum? Ecce qui in ueste preciosa sunt et delicijs in domibus regum sunt. Sed quid ex-
istis uidere? prophetam. utique dico uobis: et plus quam prophetam. Hic est de quo scriptum est. Ecce mitto angelum meum ante
faciem tuam: qui preparabit uiam tuam ante te. Dico enim uobis maior inter natos mulierum propheta iohanne bap-
tista nemo est. Qui autem minor est in regno dei maior est illo. Et omnis populus audiens et publicani: iustifica-
uerunt deum baptisati baptismo iohannis. Pharisei autem et legis periti consilium spreuerunt dei in semetipsos:
non baptizati ab eo. Cui ergo similes dicam homines generationis huius? et cui similes sunt. Similes sunt pueris sede-
ntibus in foro et loquentibus ad inuicem: et dicentibus. Cantauimus uobis et non saltastis. lamentauimus: et non plo-
rastis. uenit enim iohannes baptista neque manducans panem: neque bibens uinum. et dicitis demonium habet. Venit
filius hominis manducans et bibens: et dicitis ecce homo deuorator: et bibens uinum: amicus publicanorum
et peccatorum: et iustificata est sapientia ab omnibus filijs suis. Rogauit autem illum quidam de phariseis: ut man-
ducaret cum illo: et ingressus domum pharisei discubuit: et ecce mulier que erat in ciuitate peccatrix: ut cognouit
quod accubuit in domo pharisei: attulit alabastrum unguenti: et stans retro secus pedes eius: lacrimis cepit
rigare pedes eius et capillis capitis sui tergebat. Et osculabatur pedes eius: et unguento ungebat. Videns autem
phariseus qui uocauerat eum ait intra se dicens. Hic si esset propheta sciret utique que et qualis mulier esset
que tangit eum: quia peccatrix est. Et respondens ihesus dixit ad illum. Symon habeo tibi aliquid dicere. At
ille ait. Magister dic. Duo debitores erant cuidam feneratori unus debebat denarios quingentos alius quinqua-
ginta. Non habentibus illis unde redderent: donauit utrisque. Quis ergo eum plus diligit? Respondens symon
dixit estimo: quia is cui plus donauit. At ille: dixit ei. Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierem: dixit symoni
uides hanc mulierem? Intraui in domum tuam: aquam pedibus meis non dedisti. hec autem lacrimis rigauit
pedes meos: et capillis suis tersit. Osculum michi non dedisti: hec autem ex quo intraui non cessauit osculari
pedes meos. Oleo caput meum non unxisti: hec autem unguento unxit pedes meos. Propter quod dico tibi.
Remittuntur ei peccata multa quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur minus diligit. Dixit autem
ad illam ihesus. Remittuntur tibi peccata. Et ceperunt qui simul accumbebant: dicere intra se. Quis est hic qui
etiam peccata dimittit? Dixit ad mulierem fides tua te saluam fecit uade in pace. ¶ viij
Et factum est deinceps: et ipse iter faciebat per ciuitatem et castellum: predicans et euangelisans regnum
dei et xij cum eo. et mulieres aliquot que erant curate a spiritibus malignis: et infirmitatibus. Maria

que vocatur magdalene de qua vii demonia exierant. Et iohanna uxor chuze procuratoris herodis: ⁊ susanna: ⁊ a
lie multe que ministrabant ei de facultatibus suis. Cum autem turba plurima conveniret: ⁊ de civitatibus properarent
ad eum: dixit per similitudinem. Exiit qui seminat seminare: semen suum. Et dum seminat: aliud cecidit secus viam:
⁊ conculcatum est: ⁊ volucres celi comederunt illud. Et aliud cecidit supra petram: ⁊ natum aruit quia non habebat
humorem. Et aliud cecidit inter spinas: ⁊ simul exorte spine suffocaverunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam: ⁊ or
tum fecit fructum centuplum. Hec dicens clamabat. Qui habet aures audiendi: audiat. Interrogabant autem
eum discipuli eius: que esset hec parabola. Quibus ipse dixit. Vobis datum est nosse misterium regni dei. Ceteris autem
in parabolis: ut videntes non videant: ⁊ audientes non intelligant. Est autem hec parabola. Semen est ver
bum dei. Qui autem secus viam sunt: hii sunt qui audiunt: deinde venit dyabolus. ⁊ tollit verbum de corde
eorum: ne credentes salvi fiant. Nam qui supra petram: qui cum audierint cum gaudio suscipiunt verbum. ⁊ hii
radices non habent: quia ad tempus credunt: ⁊ in tempore temptationis recedunt. Quod autem in spinis cecidit: hii
sunt qui audierunt ⁊ a sollicitudinibus ⁊ divitiis ⁊ voluptatibus vite euntes suffocantur ⁊ non referunt fructum
Quod autem in bonam terram: hii sunt qui in corde bono ⁊ optimo: audientes verbum retinent. Et fructum afferunt
in patientia. Nemo autem lucernam accendens: operit eam vase: aut subtus lectum ponit: sed super candelabrum ponit:
ut intrantes videant lumen. Non enim est occultum quod non manifestetur. Nec absconditum quod non cognoscatur:
⁊ in palam veniat. Videte ergo quomodo auditis: Qui enim habet: dabitur illi. Et quicumque non habet: etiam quod
putat se habere auferetur ab eo. Venerunt ad illum mater ⁊ fratres eius: ⁊ non poterant adire eum pre turba. Et
nuntiatum est illi. Mater tua ⁊ fratres tui foris stant. volentes te videre. Qui respondens dixit ad illos. Mater mea ⁊
fratres mei hii sunt qui verbum dei audiunt ⁊ faciunt. Factum est autem una dierum: ⁊ ipse ascendit in naviculam. ⁊ discipuli eius.
Et ait ad illos. Transfretemus trans stagnum. ⁊ ascenderunt. Navigantibus autem illis: obdormivit. Et descendit procel
la venti in stagnum: ⁊ complebantur fluctibus. ⁊ periclitabantur. Accedentes autem ad eum: suscitaverunt eum di
centes. Preceptor: perimus. At ille surgens increpavit ventum: ⁊ tempestatem aque ⁊ cessavit ⁊ facta est tranquillitas.
Dixit autem illis. ubi est fides vestra? Qui timentes mirati sunt: dicentes ad invicem. Quis putas hic est? quia ⁊ ventis
imperat ⁊ mari: ⁊ obediunt ei. Et navigaverunt ad regionem gerasenorum: que est contra galileam. Et cum e
gressus esset ad terram: occurrit illi vir quidam qui habebat demonium iam temporibus multis: ⁊ vestimento non indu
ebatur: neque in domo manebat: sed in monumentis. Is ut vidit ihesum: procidit ante illum: ⁊ exclamans voce magna dixit.
Quid mihi ⁊ tibi est ihesu fili dei altissimi? Obsecro te: ne me torqueas. Precipiebat enim spiritui immundo: ut ab ho
mine exiret. Multis enim temporibus arripiebat illum. Et vinciebatur catenis: ⁊ compedibus custoditus: ⁊ ruptis vin
culis: agebatur a demonio in deserta. Interrogavit autem illum ihesus dicens. Quod tibi nomen est? At ille dixit legio.
Quia intraverant demonia multa in eum. Et rogabant illum ut in abissum irent. Erat autem grex porcorum mul
torum pascentium in monte: ⁊ rogabant illum ut permitteret eis in illos ingredi. Et permisit illis. Exierunt ergo demonia ab
homine ⁊ intraverunt in porcos. Et impetu abiit grex per preceps in stagnum: ⁊ suffocatus est. Quod ut viderunt fac
tum qui pascebant: fugerunt ⁊ nuntiaverunt in civitatem ⁊ in villas. Exierunt autem videre quod factum est: ⁊
venerunt ad ihesum. Et invenerunt hominem sedentem a quo demonia exierant vestitum ac sana mente ad pedes eius. ⁊
timuerunt. Nuntiaverunt autem illis. et qui viderant quomodo sanus factus esset a legione. Et rogaverunt eum omnis
multitudo regionis gerasenorum ut discederet ab ipsis: quia timore magno tenebantur. Ipse autem ascendens navim: reversus
est. Et rogabat illum vir a quo demonia exierant: ut cum eo esset. Dimisit autem ihesus eum dicens. Redi in domum tuam
⁊ narra quanta fecit tibi deus. Et abiit per universam civitatem: predicans quanta illi fecisset deus. Factum autem est
cum redisset ihesus: excepit illum turba: erant enim omnes expectantes eum. Et ecce venit vir cui nomen iayrus: ⁊
ipse princeps synagoge erat ⁊ cecidit ad pedes ihesu: rogans eum ut intraret in domum eius. Quia filia unica erat illi
fere annorum duodecim ⁊ hec moriebatur. Et contigit dum iret: a turbis comprimebatur. Et mulier quedam erat in
fluxu sanguinis ab annis xii que in medicos erogaverat omnem substantiam suam: nec ab ullo potuit curari
Accessit retro ⁊ tetigit fimbriam eius vestimenti: ⁊ confestim stetit fluxus sanguinis eius. Et ait ihesus. Quis
est qui me tetigit? Negantibus autem omnibus: dixit petrus ⁊ qui cum illo erant. Preceptor: turbe te comprimunt
⁊ affligunt: ⁊ dicis quis me tetigit? Et dixit ihesus tetigit me aliquis. Nam ⁊ ego novi virtutem de me exisse. Videns
autem mulier quia non latuit: tremens venit: ⁊ procidit ante pedes illius. Et ob quam causam tetigerit eum: indica
vit coram omni populo: ⁊ quemadmodum confestim sanata sit. At ipse: dixit illi. Filia: fides tua salvam fecit
te. vade in pace. Adhuc illo loquente: venit quidam ad principem synagoge dicens ei. Quia mortua est filia tua: no
li vexare illum. Ihesus audito verbo: respondit patri puelle. Noli timere: crede tantum ⁊ salva erit. Et cum venisset
domum non permisit quemquam intrare secum: nisi petrum ⁊ iohannem ⁊ iacobum: ⁊ patrem ⁊ matrem puelle. Fle
bant omnes: ⁊ plangebant illam. At ille dixit nolite flere: non est mortua sed dormit. Et deridebant eum:
scientes quia mortua esset. Ipse autem tenens manum eius: exclamavit dicens. Puella surge. Et reversus est
spiritus eius. ⁊ surrexit continuo. Et iussit illi dari manducare. Et obstupuerunt parentes. Quibus precepit ne ali
cui dicerent: quod factum erat. ¶ ix ¶

Convocatis autem duodecim apostolis dedit illis virtutem ⁊ potestatem super omnia demonia: ⁊ ut languo
res curarent. ⁊ misit illos predicare regnum dei ⁊ sanare infirmos. Et ait ad eos. Nichil tuleritis in via

ne que uirgam : ne que peram : ne que panem : ne que pecuniam : ne que duas tunicas habeatis. Et in quamcumque domum
intrauerítis : ibi manete. Et inde non exeatis. Et quicumque non receperint uos : exeuntes de ciuitate illa : etiam
puluerem pedum uestrorum excutite : in testimonium supra illos. Egressi autem circu ibant per castella : euan-
gelizantes et curantes ubique. Audiuit autem herodes tetrarcha omnia que fiebant ab eo : et hesitabat eo quod
diceretur a quibusdam quia iohannes surrexit a mortuis. A quibusdam uero : quia helias apparuit. ab aliis autem : quia
propheta unus de antiquis surrexit. Et ait herodes. Iohannem ego decollaui : quis autem est de quo audio talia. Et quere bat
uidere eum. Et reuersi apostoli : narrauerunt illi quecumque fecerunt. Et assumptis illis : secessit seorsum in locum desertum qui
est bethsaide. Quod cum cognouissent turbe secute sunt illum et excepit eos et loquebatur illis de regno dei : et eos qui cura indigebant
sanabat. Dies autem ceperat declinare : et accedentes duodecim dixerunt illi. Dimitte turbas ut euntes in castella :
uillasque que circa sunt diuertant : ut inueniant escas : quia hic in loco deserto sumus. Ait autem ad illos. uos date illis manducare
At illi dixerunt. Non sunt nobis plus quam quinque panes : et duo pisces. Nisi forte nos eamus et emamus in omnem hanc
turbam escas. Erant autem : fere uiri quinque milia. Ait autem ad discipulos suos. facite illos discumbere per conuiuia
quinquagenos ita et fecerunt. Et discubuerunt omnes. Acceptis autem quinque panibus et duobus piscibus : respexit in
celum et benedixit illis. Et fregit : et distribuit discipulis suis : ut ponerent ante turbas. Et manducauerunt omnes
et saturati sunt omnes. Et sublatum est quod superfuit illis fragmentorum cophini duodecim. Et factum est cum solus
esset orans : erant cum illo et discipuli eius. Et interrogauit illos dicens Quem dicunt me esse turbe. At illi respon
derunt : et dixerunt Iohannem baptistam : alii autem heliam : alii autem quia propheta de prioribus surrexit unus. Dixit autem illis
uos autem quem me esse dicitis. Respondit symon petrus : dixit xpistum dei. At ille increpans illos : precepit ne cui
diceret. Hec dicens : quia oportet filium hominis multa pati et reprobari a senioribus. et principibus sacerdotum.
et scribis : et occidi et tercia die resurgere. Dicebat autem ad omnes. Si quis uult post me uenire : abneget se
metipsum : et tollat crucem suam cottidie. et sequatur me. Qui enim animam suam saluam facere uoluerit perdet illam. Nam
qui perdiderit animam suam propter me saluam faciet illam. Quid enim proficit homo si lucretur uniuersum mundum
se ipsum autem perdat : et detrimentum sui faciat. Nam qui me erubuerit. et meos sermones : hunc filius hominis eru
bescet : cum uenerit in maiestate sua et patris : sanctorum angelorum. Dico autem uobis uere sunt aliqui hic stantes : qui
non gustabunt mortem donec uideant regnum dei. Factum est autem post hec uerba : fere dies octo : assumpsit petrum
iacobum et Iohannem : et ascendit in montem ut oraret. species uultus eius facta est altera. Et uestitus eius albus refulgens
gens et ecce duo uiri loquebantur cum illo. Erant autem moyses et helias uisi in maiestate. Et dicebant excessum eius
quem completurus erat in ierusalem. Petrus uero et qui cum illo erant : grauati erant sompno. Et euigilantes uiderunt
maiestatem eius : et duos uiros qui stabant cum illo. Et factum est dum discederent ab illo ait petrus ad ihesum. Pre
ceptor bonum est nos hic esse. Et faciamus tria tabernacula : unum tibi : et unum moysi et unum helie. nesciens quid
diceret. Hec autem illo loquente : facta est nubes : et obumbrauit eos. et timuerunt illis intrantibus in nubem :
et uox facta est de nube illa dicens. Hic est filius meus dilectus : ipsum audite. Et dum fieret uox : inuentus est solus
ihesus est : et ipsi tacuerunt et nemini dixerunt in illis diebus quicquam : ex his que uiderant. Factum est autem in sequenti
die descendentibus illis de monte : occurrit illi turba multa. Et ecce uir de turba : exclamauit dicens. Magister obsecro te
respice in filium meum : quia unicus est michi. Et ecce spiritus apprehendit illum : et subito clamat. et elidit. et dissipat
eum cum spuma : et uix discedit dilanians eum. Et rogaui discipulos tuos. ut eicerent illum : et non potuerunt.
Respondens autem ihesus dixit. O generacio infidelis et peruersa : usque quo ero apud uos et patiar uos. adduc huc fili
um tuum. Et cum accederet : elisit illum demonium et dissipauit. Et increpauit ihesus spiritum in mundum : et sana
uit puerum. Et reddidit illum patri eius. Stupebant autem omnes in magnitudine dei. Omnibusque mirantibus
in omnibus que faciebat : dixit ad discipulos suos. Ponite uos in cordibus uestris sermones istos. filius enim hominis
futurum est ut tradatur in manus hominum. At illi ignorabant uerbum istud : et erat uelatum ante eos ut
non sentirent illud : et timebant eum interrogare de hoc uerbo. Intrauit autem cogitacio in eos : quis eorum maior
esset. At ihesus uidens cogitationes cordis eorum : apprehendens puerum statuit secus se. et ait illis. Quicumque susceperit
puerum istum in nomine meo me recipit. Et quicumque me recipit : recipit eum qui me misit. Nam qui minor
est inter omnes uos hic maior est. Respondens autem iohannes dixit Preceptor uidimus quendam in nomi
ne tuo demonia eicientem : et prohibuimus eum : quia non sequitur nos. Et ait ad illum ihesus nolite
prohibere Qui enim non est aduersum uos pro nobis est. Factum est autem dum complerentur dies assumptionis
eius : et ipse faciem suam firmauit ut iret iherusalem : et misit nuncios ante conspectum suum. Euntes intraue
runt in ciuitatem samaritanorum : ut pararent illi. Et non receperunt eum quia facies eius erat euntis in ierusalem. Cum
uidissent autem discipuli eius iacobus et iohannes dixerunt Domine : uis dicimus ut ignis descendat de celo et con
sumat illos. Et conuersus increpauit illos dicens. Nescitis cuius spiritus estis : filius hominis non uenit animas
perdere. sed saluare. Et abierunt in aliud castellum. Factum est autem ambulantibus illis in uia : dixit quidam
ad illum Sequar te quocumque ieris. Et ait illi ihesus uulpes foueas habent et uolucres celi nidos filius autem
hominis non habet ubi caput suum reclinet. Ait autem ad alterum sequere me Ille autem dixit Domine
permitte michi primum ire : sepelire patrem meum Dixitque ei ihesus. Sine : ut mortui sepeliant mortuos
suos : tu autem uade : adnuncia regnum dei. Et ait alter Sequar te domine. Sed primum permitte michi : re

renunciare hiis qui domi sunt. Ait ad illum ihesus. Nemo mittens manum suam in aratrum. et aspiciens retro: aptus
est regno dei. X
Post hec autem designauit dominus: et alios septuaginta duos. Et misit illos binos ante faciem suam in
omnem ciuitatem et locum quo erat ipse uenturus: et dicebat illis. Messis quidem multa: operarii autem
pauci. Rogate ergo dominum messis: ut mittat operarios in messem. Ite. Ecce ego mitto uos sicut agnos inter
lupos. Nolite portare sacculum: neque peram: neque calciamenta: aut neminem per uiam salutaueritis.
In quamcumque domum intraueritis: primum dicite: pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis: requiescet super
illam pax uestra. Sin autem: ad uos reuertetur. In eadem autem domo manete: edentes et bibentes que apud illos sunt.
Dignus est enim operarius: mercede sua. Nolite transire: de domo in domum. Et in quamcumque ciuitatem: intra
ueritis: et susceperint uos manducate que apponuntur uobis. Et curate infirmos qui in illa sunt et dicite illis
Appropinquauit in uos regnum dei. In quamcumque ciuitatem intraueritis: et non receperint uos: exeuntes in pla
teis eius: dicite. Etiam puluerem qui adhesit nobis de ciuitate uestra: extergimus in uos. Tamen hoc scitote quia
appropinquauit regnum dei. Dico uobis. quia sodomis in die illa remissius erit: quam illi ciuitati. ue tibi coro
zaim: ue tibi bethsaida: Quia si in tyro et sydone facte fuissent uirtutes que in uobis facte sunt
olim in cilicio et cinere sedentes penitерent. Verumtamen tyro et sydoni remissius erit in iudicio quam uobis. Et
tu capharnaum usque ad celum exaltata: usque ad infernum demergeris. Qui uos audit: me audit. Et qui uos spernit
me spernit. Qui autem me spernit: spernit eum qui me misit. Reuersi sunt autem lxxii cum gaudio dicentes. Domine
etiam demonia subiciuntur nobis in nomine tuo. Et ait illis. uidebam sathanam: sicut fulgur de celo cadentem.
Ecce dedi uobis potestatem calcandi supra serpentes et scorpiones: et supra omnem uirtutem inimici: et nichil uos
nocebit. Verumtamen in hoc nolite gaudere: quia spiritus subiciuntur uobis. Gaudete autem quod nomina uestra scripta
sunt in celis. In ipsa hora exultauit in spiritu sancto et dixit. Confiteor tibi pater domine celi et terre: quod abscondisti hec a
sapientibus et prudentibus et reuelasti ea paruulis. Etiam pater: quia sic placuit ante te. Omnia michi tradita
sunt a patre meo. Et nemo scit qui sit filius nisi pater. Et qui sit pater nisi filius: et cui uoluerit filius reuelare. Et
conuersus ad discipulos suos. dixit. Beati oculi qui uident: que uos uidetis. Dico enim uobis: quod multi prophete
et reges uoluerunt uidere que uos uidetis: et non uiderunt. Et audire que auditis. et non audierunt. Ecce quidam
legis peritus surrexit: temptans illum et dicens. Magister quid faciendo uitam eternam possidebo? At ille dixit ad
eum. In lege quid scriptum est: quomodo legis? Ille respondens dixit. Diliges dominum deum tuum ex toto corde
tuo: et ex tota anima tua: et ex omnibus uiribus tuis. et ex omni mente tua: et proximum tuum sicut te ipsum.
Dixitque illi recte respondisti. hoc fac et uiues. Ille autem uolens iustificare se ipsum: dixit ad ihesum. Et quis est meus
proximus? Suscipiens autem dixit. Homo quidam descendebat ab ierusalem in iericho et incidit in latrones. Qui etiam
despoliauerunt eum: et plagis impositis: abierunt semiuiuo relicto. Accidit autem ut sacerdos quidam descenderet
eadem uia: et uiso illo preteriuit. Similiter et leuita cum esset secus locum: et uideret eum pertransiit. Sama
ritanus autem quidam iter faciens: uenit secus eum: et uidens eum misericordia motus est. Et appropians alligauit uul
nera eius: infundens oleum et uinum. Et ponens illum in iumentum suum: duxit in stabulum: et curam eius
egit. Et altera die protulit duos denarios: dedit stabulario et ait. Curam illius habe: et quodcumque supererro
gaueris. ego cum rediero reddam tibi. Quis horum trium uidetur tibi proximus fuisse. illi qui incidit in latro
nes? At ille dixit. Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi ihesus. uade: et tu fac similiter. Factum est autem dum
irent: et ipse intrauit in quoddam castellum. Et mulier quedam martha nomine: excepit illum in domum suam. Et
huic erat soror: nomine maria: que etiam sedens secus pedes domini: audiebat uerbum illius. Martha autem
satagebat circa frequens ministerium. Que stetit: et ait. Domine: non est tibi cure: quod soror mea reliquit me
solam ministrare? Dic ergo illi ut me adiuuet. Et respondens: dixit illi dominus. Martha. martha: sollicita
es: et turbaris erga plurima. Porro unum est necessarium. maria optimam partem elegit que non auferetur ab ea. XI
Et factum est cum esset in loco quodam orans: ut cessauit: dixit unus ex discipulis suis ad eum. Domine
doce nos orare sicut et iohannes docuit discipulos suos. Et ait illis. Cum oratis dicite. Pater sanctificetur
nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Panem nostrum cotidianum da nobis cotidie. Et dimitte
nobis peccata nostra. Siquidem et ipsi dimittimus omni debenti nobis. Et ne nos inducas in temptationem.
Et ait ad illos. Quis uestrum habebit amicum: et ibit ad illum media nocte: et dicet illi? Amice commoda
michi tres panes: quoniam amicus meus uenit de uia ad me: et non habeo quod ponam ante illum. Et ille deintus
respondens: dicat. Noli michi molestus esse iam hostium clausum est et pueri mei mecum sunt in cubili: non
possum surgere et dare tibi. Et si perseuerauerit pulsans: dico uobis. Et si non dabit illi: surgens eo quod amicus
eius sit propter improbitatem tamen eius surgens dabit illi quotquot habet necessarios. Et ego uobis dico. Petite: et
dabitur uobis. Querite et inuenietis. Pulsate: et aperietur uobis. Omnis enim qui petit accipit: et qui querit inue
nit: et pulsanti aperietur. Quis autem ex uobis patrem petit panem: numquid lapidem dabit illi? Aut piscem:
numquid pro pisce serpentem dabit? Aut si petierit ouum: numquid porriget illi scorpionem? Si ergo cum sitis
uos mali: nostis bona data dare filiis uestris quanto magis pater uester de celo dabit spiritum bonum petentibus se. Et erat

eiectus demonium: et illud erat mutum. Et cum eiecisset demonium: locutus est mutus et ammirate sunt turbe
Quidam autem ex eis dixerunt. In belzebub principe demoniorum eicit demonia. Et alii temptantes: signum
de celo querebant ab eo. Ipse autem ut vidit cogitationes eorum dixit eis. Omne regnum in se ipsum desolabitur
et domus supra domum cadit. Si autem et sathanas in se ipsum divisus est: quomodo stabit regnum ipsius. Quia dicitis
in belzebub eicere me demonia. Si autem ego in belzebub eicio demonia filii vestri in quo eiciunt? Ideo ipsi iudices
vestri erunt. Porro si in digito dei eicio demonia, profecto pervenit in vos regnum dei. Cum fortis armatus custodit atrium su
um: in pace sunt ea que possidet. Si autem fortior illo superveniens vicerit eum: universa arma eius auferet in
quibus confidebat: et spolia eius distribuet. Qui non est mecum adversum me est. Et qui non colligit mecum
dispergit. Cum immundus spiritus exierit ab homine: ambulat per loca inaquosa: querens requiem et non in
veniens dicit. Revertar in domum meam: unde exivi. Et cum venerit invenit scopis mundatam. Et tunc va
dit et assumit septem alios spiritus nequiores se: et ingressi habitant ibi. Et fiunt novissima hominis illius
peiora prioribus. Factum est autem cum hec diceret: extollens vocem quedam mulier de turba dixit illi. Beatus
venter: qui te portavit: et ubera que suxisti. At ille dixit. Quin ymmo beati qui audiunt verbum dei et custo
diunt illud. Turbis autem concurrentibus cepit dicere. Generacio hec generacio nequam est. Signum querit
et signum non dabitur illi: nisi signum ione. Nam sicut ionas fuit signum ninivitis: ita erit et filius hominis
generacioni isti. Regina austri surget in iudicio cum viris generacionis huius: et condempnabit illos. Quia venit
a finibus terre: audire sapienciam salemonis. Et ecce plus salemone hic. Viri ninivite surgent in iudicio cum
generacione hac: et condempnabunt illam: quia penitenciam egerunt ad predicacionem ione. Et ecce plus quam
iona hic. Nemo lucernam accendit: et in abscondito ponit: neque sub modio: sed super candelabrum: ut qui ingre
diuntur lumen videant. Lucerna corporis tui: est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex: totum corpus tuum
lucidum erit. Si autem nequam fuerit: etiam corpus tuum tenebrosum erit. Vide ergo ne lumen quod in te est
tenebre sint. Si ergo totum corpus tuum lucidum erit: non habens aliquam partem tenebrarum: erit lucidum totum
et sicut lucerna fulgoris: illuminabit te. Et cum loqueretur rogavit eum quidam phariseus ut pranderet apud
se. Et ingressus recubuit. Phariseus autem cepit intra se reputans dicere: quare non baptizatus esset ante pran
dium. Et ait dominus ad illum. Nunc vos pharisei quod deforis est calicis et catini mundatis. Quod autem intus
est vestrum plenum est rapina et iniquitate. Stulti: nonne qui fecit quod deforis est: etiam id quod intus est fecit? Verum
tamen quod superest: date elemosinam: et ecce omnia munda sunt vobis. Sed ve vobis phariseis qui decimatis mentam et
rutam: et omne holus: et preteritis iudicium et caritatem dei. Hec autem oportuit facere: et illa non omittere. Ve vobis phari
seis qui diligitis primas cathedras in synagogis: et salutaciones in foro. Ve vobis quia estis ut monumenta que non appa
rent: et homines ambulantes supra nesciunt. Respondens autem quidam ex legis peritis: ait illi. Magister hec dicens:
etiam nobis contumeliam facis. At ille ait. Et vobis legis peritis ve: quia honeratis homines oneribus que porta
ri non possunt: et ipsi uno digito vestro non tangitis sarcinas. Ve vobis qui edificatis monumenta prophetarum: patres
autem vestri occiderunt illos. Profecto testificamini: quod consentitis operibus patrum vestrorum. Quoniam qui
dem ipsi occiderunt eos: vos autem edificatis eorum sepulchra. Propterea et sapiencia dei dixit. Mittam ad illos prophetas
et apostolos: et ex illis occident et persequentur. ut inquiratur sanguis omnium prophetarum qui effusus est a con
stitucione mundi: a generacione ista. A sanguine abel usque ad sanguinem zacharie: qui periit inter altare et
edem. Ita dico vobis requiretur ab hac generacione. Ve vobis legis peritis: quia tulistis clavem sciencie: ipsi non in
troistis: et eos qui introibant prohibuistis. Cum hec ad illos diceret: ceperunt pharisei et legis periti graviter
insistere: et os eius opprimere de multis insidiantes ei. Et querentes capere aliquid ex ore eius: ut accusarent eum.
Multis autem turbis circumstantibus: ita ut se invicem conculcarent: cepit dicere ad discipulos suos. At c. xij
tendite a fermento phariseorum: quod est ypocrisis. Nichil opertum est quod non reveletur: neque ab
sconditum quod non sciatur. Quoniam que in tenebris dixistis: in lumine dicentur. Et quod in aurem locuti
estis in cubiculis: predicabitur in tectis. Dico autem vobis amicis meis: ne terreamini qui ab his occidunt corpus: et post
hec non habent amplius quod faciant. Ostendam autem vobis quem timeatis. Timete eum: qui postquam occi
derit: habet potestatem mittere in gehennam. Ita dico vobis hunc timete. Nonne quinque passeres veneunt
dipondio: et unus ex illis non est in oblivione coram deo. Sed et capilli capitis vestri: omnes numerati sunt.
Nolite ergo timere multis passeribus pluris estis. Dico autem vobis. Omnis quicumque confessus fuerit me coram ho
minibus: et filius hominis confitebitur illum coram angelis dei. Qui autem negaverit me coram hominibus: denegabitur coram
angelis dei. Et omnis qui dicit verbum in filium hominis: remittetur illi. Ei autem qui in spiritum sanctum blasphe
maverit: non remittetur. Cum autem inducent vos in synagogas: et ad magistratus: et potestates: nolite solliciti
esse qualiter aut quid respondeatis: aut quid dicatis. Spiritus enim sanctus docebit vos in ipsa hora: que oporteat
dicere. Ait autem ei quidam de turba. Magister dic fratri meo ut dividat mecum hereditatem. At ille dixit ei.
Homo quis me constituit iudicem: aut divisorem super vos? Dixitque ad illos. Videte et cavete ab omni avaricia
quia non in habundancia cuiusquam vita eius est: ex his que possidet. Dixit autem similitudinem ad illos dicens.
Hominis cuiusdam divitis uberes fructus ager attulit: et cogitabat intra se dicens. Quid faciam: quod non habeo
quo congregem fructus meos. Et dixit. Hoc faciam: destruam horrea mea et maiora faciam. Et illuc congrega

bo omnia que nata sunt michi et bona mea. Et dicam anime mee. Anima habes multa bona. posita in annos
plurimos. Requiesce. comede. bibe epulare. Dixit autem illi deus. Stulte hac nocte animam tuam repetunt a te.
que autem parasti cuius erunt? Sic est qui sibi thesaurizat. et non est in deum dives. Dixit autem ad
discipulos suos. Ideo dico vobis. Nolite solliciti esse anime vestre. quid manducetis. neque corpori quid vestia
mini. Anima plus est quam esca. et corpus plus quam vestimentum. Considerate corvos. quia non seminant ne
que metunt quibus non est cellarium neque horreum? et deus pascit illos. Quanto magis vos pluris estis illis.
Quis autem vestrum cogitando potest adicere ad staturam suam cubitum unum? Si ergo neque quod minimum
est potestis. quid de ceteris solliciti estis? Considerate lilia agri quomodo crescunt. non laborant neque nent.
Dico autem vobis. nec salemon in omni gloria sua vestiebatur. sicut unum ex istis. Si autem fenum quod
hodie in agro est. et cras in clibanum mittitur. deus sic vestit. Quanto magis vos pusille fidei? Et vos nolite querere
quid manducetis. aut quid bibatis. et nolite in sublime tolli. Hec enim omnia. gentes mundi querunt. Pater autem
vester scit. quoniam his indigetis. Verumtamen primum querite regnum dei. et hec omnia adicientur vobis. Nolite
timere pusillus grex. quia complacuit patri vestro. dare vobis regnum. Vendite que possidetis. et date elemosinam
Facite vobis sacculos qui non veterescunt. thesaurum non deficientem in celis. quo fur non appropiat. neque tinea
corrumpit. ubi enim thesaurus vester est ibi et cor vestrum erit. Sint lumbi vestri precincti. et lucerne ardentes in
manibus vestris. Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum. quando revertatur a nuptiis. ut cum ve
nerit et pulsaverit. confestim aperiant ei. Beati servi illi. quos cum venerit dominus. invenerit vigilantes. Amen
dico vobis. quod precinget se. et faciet illos discumbere. et transiens ministrabit illis. Et si venerit in secunda vigi
lia. et si in tertia vigilia venerit. et ita invenerit. beati sunt servi illi. Hoc autem scitote. quoniam si sciret pater familias
qua hora fur veniret. vigilaret utique et non sineret perfodi domum suam. Et vos estote parati. quia qua hora non putatis
filius hominis veniet. Ait autem ei petrus. Domine ad nos dicis hanc parabolam an et ad omnes? Dixit autem dominus
Quis putas est fidelis dispensator et prudens. quem constituit dominus super familiam suam. ut det illis in tempore mensuram
tritici? Beatus ille servus quem cum venerit dominus. invenerit ita facientem. Vere dico vobis. quia super omnia que
possidet. constituet illum. Quod si dixerit servus ille. in corde suo. moram facit dominus meus venire. Et ceperit
percutere pueros. et ancillas. et edere et bibere et inebriari. veniet dominus illius servi. in die qua non sperat. et hora qua
nescit. Et dividet eum. partemque eius cum infidelibus ponet. Ille autem servus qui cognovit voluntatem domini sui. et
non preparavit et non fecit secundum voluntatem eius. vapulabit multis. Qui autem non cognovit et fecit digna
plagis vapulabit paucis. Omni autem cui multum datum est. multum queretur ab eo. Et cui commendaverunt mul
tum. plus petent ab eo. Ignem veni mittere in terram. et quid volo nisi ut accendatur. Baptismo autem habeo bapti
zari. et quomodo coartor usque dum perficiatur. Putatis quia pacem veni dare in terram. Non. Dico autem vobis. sed
separationem. Erunt enim ex hoc quinque in domo una divisi. tres in duo. et duo in tres dividentur. Pater in filium. et filius
in patrem suum. Mater in filiam. et filia in matrem. Socrus in nurum suam. et nurus in socrum suam. Dicebat autem
et ad turbas. Cum videritis nubem orientem ab occasu. statim dicitis ymber venit et ita fit. Et cum austrum flantem.
dicitis quia estus erit et fit. Ypocrite. faciem terre et celi nostis probare. hoc autem tempus quomodo non probatis.
quid autem et a vobis ipsis non iudicatis quod iustum est? Cum autem vadis cum adversario tuo ad principem in via
da operam liberari ab illo. Ne forte trahat te apud iudicem et iudex tradat te exactori. et exactor mittat te in carcerem. Dico tibi. non exies inde donec
etiam novissimum minutum reddas. XIII

Aderant autem quidam ipso in tempore nunciantes illi de galileis. quorum sanguinem pylatus miscuit cum
sacrificiis eorum. Et respondens dixit illis. putatis quod hi galilei pre omnibus galileis fuerunt peccatores quia ta
lia passi sunt? Non. Dico vobis. Sed nisi penitenciam habueritis. omnes similiter peribitis. Sicut illi decem et
octo supra quos cecidit turris in syloam. et occidit eos. Putatis quia et ipsi debitores fuerunt preter omnes homines habitan
tes in ierusalem? Non dico vobis. Sed si non penitentiam egeritis. omnes similiter peribitis. Dicebat autem hanc similitudi
nem. Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua. et venit querens in illa fructum. et non invenit. Dixit
autem ad cultorem vinee. Ecce anni tres sunt ex quo venio querens fructum in ficulnea hac et non invenio. Succide ergo
illam. ut quid etiam terram occupat. At ille respondens dixit illi. Domine dimitte illam et hoc anno. usque dum
fodiam circa illam. et mittam stercora. Et siquidem fecerit fructum. sin autem. in futurum succides eam. Et
erat autem docens in synagoga eorum sabbatis. Et ecce mulier que habebat spiritum infirmitatis annis decem et octo
et erat inclinata. nec omnino poterat sursum respicere. Quam cum videret ihesus. vocavit ad se et ait illi. Mulier di
missa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus. et confestim erecta est. et glorificabat deum. Respondens autem
archisynagogus indignans quia sabbato curasset ihesus. dicebat turbe. Sex dies sunt. in quibus oportet operari. In
his ergo venite et curamini. et non in die sabbati. Respondens ad illum dominus dixit. Ypocrite unusquisque vestrum
sabbato non solvit bovem suum aut asinum a presepio. et ducit adaquare. Hanc autem filiam abrahe. quam alli
gavit sathanas ecce decem et octo annis. non oportuit solvi a vinculo isto die sabbati? Et cum hec diceret. erubes
cebant omnes adversarii eius. Et omnis populus gaudebat in universis que gloriose fiebant ab eo. Dicebat ergo
Cui simile est regnum dei? et cui simile esse existimabo illud? Simile est grano synapis. quod acceptum homo mi
sit in hortum suum et crevit et factum est in arborem magnam. et volucres celi requieverunt in ramis eius. Et iterum dixit

Cui ſimile eſtimabo regnum dei. Simile eſt fermento quod acceptum mulier abſcondit in farine ſata tria donec
fermentaretur totum. Et ibat per civitates & caſtella docens. & iter faciens in ierl[m]. Ait autem illi quidam d[omi]ne
ſi pauci ſunt qui ſalvantur? Ipſe aut[em] dixit ad illos. Contendite intrare per anguſtam portam: quia dico vob[is]
multi querent intrare & non poterunt. Cum autem intraverit pater familias & clauſerit oſtium: & incipietis
foris ſtare & pulſare oſtium dicentes. Domine aperi nobis. Et reſpondens dicet vobis. Neſcio vos unde ſitis:
Tunc incipietis dic[er]e. Manducavimus coram te & bibimus: & in plateis noſtris docuiſti. Et dicet vob[is]. Neſcio
vos unde ſitis. Diſcedite a me omnes operarii iniquitatis: ibi erit fletus & ſtridor dentium. Cum videritis Abra
ham yſaac: & iacob: & omnes prophetas in regno dei: vos autem expelli foras: & venient ab oriente: & occidente:
& aquilone: & auſtro: & accumbent in regno dei. Ecce ſunt noviſſimi qui erant primi. Et ſunt primi qui erunt noviſſimi:
Ipſa die acceſſerunt quidam phariſeorum dicentes illi. Exi & vade hinc: quia herodes vult te occidere. Et ait illis.
Ite & dicite vulpi illi. Ecce eicio demonia: & ſanitates perficio hodie & cras: & ſequenti die ambulare: quia non capit pro
phetam perire extra ier[usa]l[e]m. Iheruſalem ier[usa]l[e]m que occidis prophetas: & lapidas eos qui ad te mittuntur. Quociens volui
congregare filios tuos: quemadmodum avis nidum ſuum ſub pennis: & noluiſti. Ecce relinquetur dom[us] v[est]ra deſerta.
Dico autem vobis quia non videbitis me: donec veniat cum dicetis. Benedictus qui venit in nomine domini. xiiij

et t[er]cia die cōſu[m]/ verūtam[en] oportz [me]/ hodie & cras:

Et factum eſt cum intraret in domum principis phariſeor[um] ſabbato manducare panem: & ipſi obſervabant eum.
Et ecce homo quidam hydropicus: erat ante illum. Et reſpondens ih[es]us: dixit ad legis peritos: & phariſeos dicens
Si licet ſabbato curare? At illi tacuerunt. Ipſe vero apprehenſum ſanavit eu[m] ac dimiſit. Et reſpondens ad illos
dixit. Cuius veſtrum aſinus aut bos in puteum cadit: & non continuo extrahet illum die ſabbati? Et non poterant re
ſpondere ad hec illi. Dicebat autem ad invitatos parabolam. Intendens quomo[do] primos accubitus eligerent: dicens ad
illos. Cum invitatus fueris ad nuptias: non diſcumbas in primo loco. Ne forte honoratior te ſit invitatus ab illo.
& veniens is qui te & illum vocavit: dicat tibi: da huic locum. Et tunc incipias cum rubore noviſſimum locum tenere
Sed cum vocatus fueris: vade recumbe in noviſſimo loco. ut cum venerit qui te invitavit: dicat tibi. Amice. Aſcen
de ſuperius. Tunc erit tibi gloria: coram ſimul diſcumbentib[us]. Quia omnis qui ſe exaltat humiliabitur. Et qui ſe
humiliat exaltabitur. Dicebat autem & ei: qui ſe invitaverat. Cum facis prandium aut cenam: noli vocare ami
cos tuos: Neq[ue] fratres tuos: neq[ue] cognatos: neq[ue] vicinos divites. Ne forte & ipſi te reinvitent: & fiat tibi
retribucio. Sed cum facis convivium: voca pauperes: debiles: claudos: cecos: & beat[us] eris. Quia non habent retri
buere tibi: retribuetur enim tibi: in reſurrectione iuſtor[um]. Hec cum quidam audiſſet de ſimul diſcumbentib[us] dixit illi
Beatus qui manducabit panem in regno dei. At ipſe dixit ei. Homo quidam fecit cenam magnam: & voca
vit multos. Et miſit ſervum ſuum hora cene dicere invitatis ut venirent: quia iam parata ſunt omnia. Et ce
perunt ſimul omnes excuſare. Prim[us] dixit illi. Villam emi: & neceſſe habeo exire & videre illam rogo te habe
me excuſatum. Et alt[er] dixit. Iuga boum emi quinq[ue] & eo probare illa rogo te habe me excuſatum. Et alius dixit
Uxorem duxi: & ideo non poſſum venire. Et reverſ[us] ſervus: nunciavit hec domino ſuo. Tunc iratus pat[er] fami
lias: dixit ſervo ſuo. Exi cito in plateas & vicos civitatis: & pauperes: & debiles: & cecos: & claudos introduc huc
Et ait ſervus. Domine factum eſt ut imperaſti. Et adhuc locus eſt. Et ait dominus ſervo. Exi in vias & ſepes
& compelle intrare: ut impleatur domus mea. Dico autem vob[is] quod nemo vir[orum] illor[um] qui vocati ſunt: guſta
bit cenam meam. Ibant autem turbe multe cum eo: & converſus dixit ad illos. Siquis venit ad me & non od[it]
patrem ſuum aut matrem: & uxorem & filios: & fratres: & ſorores: adhuc autem & animam ſuam: non p[otes]t
me[us] e[ss]e diſcipulus. Et qui non baiulat crucem ſuam & venit poſt me: non poteſt me[us] e[ss]e diſcipulus. Quis enim
ex vob[is] volens turrim edificare: non prius ſedens computat ſump[tus] qui neceſſarii ſunt: ſi habet ad perficiendum
Ne poſtea quam poſuerit fundamentum & non potuerit p[er]ficere: omnes qui vident incipiunt illudere ei dicentes
Quia hic homo cepit edificare: & non potuit conſummare. Aut quis rex itur[us] committere bellum adv[er]ſus
alium regem: non ſedens prius cogitat: ſi poſſit cum decem milib[us] occurrere ei: qui cum viginti milibus
venit ad ſe. Alioquin adhuc illo longe agente legacionem mittens. rog[a]t ea que pacis ſunt. Sic [er]g[o] o[mn]is
ex vob[is]: qui non renunciat omnib[us] que poſſidet: non poteſt me[us] e[ss]e diſcipulus. Bonum eſt ſal. ſi autem
ſal quoq[ue] evanuerit: in quo condietur? Neq[ue] in terram neq[ue] in ſterquilinium utile eſt. vel foras mittetur
Qui habet aures audiendi audiat. xv

* C. 15.

* Erant aut[em] ei appropinquantes publicani: & peccatores
ut audirent illum. Et murmurabant phariſei & ſcribe dicentes. Quia hic peccatores recipit & man
ducat cum illis. Et ait ad illos parabolam iſtam dicens. Quis ex vob[is] homo qui hab[et] centum oves:
& ſi perdiderit unam ex illis. non ne dimittit .xc. viiii in deſerto: & vadit ad illam que perierat: donec inveniat illa[m].
Et cum invenerit eam imponit in humeros ſuos gaudens. Et veniens domum: convocat amicos & vicinos dicens
illis. Congratulamini michi quia inveni ovem meam que perierat. Dico vob[is]: quod ita gaudium erit in celo ſ[upe]r
uno peccatore penitentiam agente: quam ſup[er] nonaginta novem iuſtis. qui non indiget penitencia. Aut q[ue]
mulier habens dragmas decem: ſi perdiderit dragmam una[m]: nonne accendit lucernam: & evertit domum &
querit diligent[er] donec inveniat. Et cum invenerit convocat amicas & vicinas dicens. Congratulamini michi
quia inveni dragmam quam perdideram. Ita dico vob[is]. Gaudium erit coram angelis dei: ſup[er] uno peccatore
penitentiam agente. Ait autem. Homo quidam habuit duos filios: & dixit adoleſcentior ex illis pat[ri]

Pater da michi portionem substantie : que me contingit. Et divisit illis substantiam. Et non post multos di
es congregatis omnibus adolescentior filius peregre profectus est in regionem longinquam : et ibi dissipavit substan
tiam suam vivendo luxuriose. Et postquam omnia consummasset facta est fames valida in regione illa : et ipse cepit
egere. Et abiit et adhesit uni civium regionis illius : et misit illum in villam suam : ut pasceret porcos. Et cupiebat
implere ventrem suum : de siliquis quas porci manducabant. et nemo illi dabat. Inse autem reversus dixit. Quanti
mercenarii patris mei habundant panibus : ego autem hic fame pereo. Surgam et ibo ad patrem meum : et dicam illi.
Pater peccavi in celum et coram te : et iam non sum dignus filius tuus vocari. fac me sicut unum de mercenariis tuis. Et sur
gens : venit ad patrem suum. Cum autem adhuc longe esset : vidit illum pater ipsius : et misericordia motus est. Et accur
rens cecidit super collum eius : et osculatus est eum. Dixitque ei filius. Pater : peccavi in celum et coram te iam non sum dig
nus vocari filius tuus. Dixit autem pater ad servos suos. Cito proferte stolam primam et induite illum : et date anulum
in manum eius : et calciamenta in pedes. Et adducite vitulum saginatum et occidite : et manducemus et epulemur quia
hic filius meus mortuus fuerat et revixit : perierat et inventus est : et ceperunt epulari. Erat autem filius eius senior
in agro. Et cum veniret et appropinquaret domui : audivit symphoniam et chorum. Et vocavit unum de servis : et interro
gavit que hec essent. Isque dixit illi. Frater tuus venit : et occidit pater tuus vitulum saginatum : quia salvum il
lum recepit. Indignatus est autem : et nolebat introire. Pater ergo illius egressus : cepit rogare illum. At ille re
spondens : dixit patri suo. Ecce tot annis servio tibi : et numquam mandatum tuum preterivi : et numquam dedisti michi
hedum : ut cum amicis meis epularer. Sed postquam filius tuus hic : qui devoravit substantiam suam cum
meretricibus venit : occidisti illi vitulum saginatum. At ipse dixit illi. Fili tu semper mecum es : et omnia mea tua
sunt. Epulari autem et gaudere oportebat : quia frater tuus hic mortuus erat et revixit. Perierat et inventus est. XVI
Dicebat autem et ad discipulos suos. Homo quidam erat dives qui habebat villicum : et hic diffamatus est
apud illum : quasi dissipasset bona ipsius. Et vocavit illum : et ait illi. Quid hoc audio de te ? Redde rati
onem villicationis tue : iam enim non poteris villicare. Ait autem villicus intra se. Quid faciam quia dominus
meus aufert a me villicationem. Fodere non valeo : mendicare erubesco. Scio quid faciam : ut cum amotus fuero a vil
licatione : recipiant me in domos suos. Convocatis itaque singulis debitoribus domini sui dicebat primo. Quantum
debes domino meo ? At ille dixit. Centum cados olei. Dixitque illi. Accipe cautionem tuam : et sede cito scribe quinqua
ginta. Deinde alio dixit. Tu vero quantum debes ? Qui ait. Centum choros tritici. Ait illi. Accipe litteras tuas : et
scribe octoginta. Et laudavit dominus villicum iniquitatis. quia prudenter fecisset. Quia filii huius seculi
prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt. Et ego vobis dico. facite vobis amicos de mamona iniquitatis.
ut cum defeceritis : recipiant vos in eterna tabernacula. Qui fidelis est in minimo : et in maiore fidelis est. Et qui in
modico iniquus est : et in maiori iniquus est. Si ergo in iniquo mamona fideles non fuistis : quod verum est quis credit vobis. Et si enim
in alieno fideles non fuistis : quod verum est quis credit vobis. Et si in alieno fideles non fuistis : quod vestrum est quis
dabit vobis. Nemo servus potest duobus dominis servire. Aut enim unum odiet : et alterum diliget. Aut uni adhe
rebit : et alterum contempnet. Non potestis deo servire : et mamone. Audiebant hec omnia autem pharisei :
qui erant avari : et deridebant illum. Et ait illis. vos estis qui iustificatis vos coram hominibus. deus autem novit
corda vestra. Quia quod hominibus altum est abhominatio est ante deum. Lex et prophete usque ad iohannem.
Ex eo regnum dei evangelizatur : et omnis in illud vim facit. Facilius est autem celum et terram preterire quam
de lege unum apicem cadere. Omnis qui dimittit uxorem suam et ducit alteram mechatur : et qui dimissam a viro du
cit : mechatur. Homo quidam erat dives et induebatur purpura : et bysso : et epulabatur cottidie splendide. Et erat
quidam mendicus nomine lazarus : qui iacebat ad ianuam eius. ulceribus plenus : cupiens saturari de micis que cadebant
de mensa divitis. et nemo illi dabat. et canes veniebant : et lingebant ulcera eius. Factum est autem ut moreretur men
dicus : et portaretur ab angelis in sinum abrahe. Mortuus est autem et dives : et sepultus est in inferno. Elevans
autem oculos suos : cum esset in tormentis : vidit abraham a longe : et lazarum in sinu eius : et ipse clamans dixit.
Pater. Abraham miserere mei : et mitte lazarum ut intingat extremum digiti sui in aquam ut refrigeret linguam
meam : quia crucior in hac flamma. Et dixit illi Abraham fili : recordare quia recepisti bona in vita tua : et la
zarus similiter mala. Nunc autem hic consolatur : tu vero cruciaris. Et in his omnibus inter nos et vos chaos
magnum firmatum est ut hii qui volunt hinc transire ad vos non possint : neque inde huc transmeare. Et ait
Rogo ergo te pater ut mittas eum in domum patris mei. Habeo enim quinque fratres : ut testetur illis : ne et ipsi ve
niant in locum hunc tormentorum. Et ait illi abraham. Habent moysen et prophetas : audiant illos. At
ille dixit. Non pater abraham : sed si quis ex mortuis ierit ad eos penitentiam agent. Ait autem illi. Si moysen
et prophetas non audiunt : neque si quis ex mortuis resurrexerit credent. XVII
Et ad discipulos suos ait. Impossibile est ut non veniant scandala. Ve autem illi per quem veniunt.
Utilius est illi : si lapis molaris imponatur circa collum eius : et proiciatur in mare : quam ut scan
dalizet unum de pusillis istis. Attendite vobis. Si peccaverit frater tuus : increpa illum. Et si penite
tentiam egerit : dimitte illi : et si septies in die : peccaverit in te et septies in die : conversus fuerit ad te dicens : penite
t me dimitte illi. Et dixerunt apostoli domino adauge nobis fidem. Dixit autem dominus. Si habueritis fidem sicut
granum synapis : diceretis huic arbori moro eradicare et transplantare in mare : et obediet vobis. Quis autem

nestrum habens seruum arantem. aut pascentem: qui regresso de agro. dicet illi statim transi recumbe: et non di
cat ei. para quod cenem et precinge te et ministra michi: donec manducem et bibam: et post hec manducabis et bi
bes. Numquid graciam habet seruo illi: quia fecit que sibi imperauerat? Non puto. Sic et uos cum feceritis
omnia que precepta sunt uobis: dicite. Serui inutiles sumus: quod debuimus facere fecimus. Et factum est dum
iret in ierusalem: transiebat per mediam samariam et galileam. Et cum ingrederetur quoddam castellum occurrerunt
ei decem uiri leprosi. Qui steterunt a longe: et leuauerunt uocem dicentes. Ihesu preceptor: miserere nostri. Quos
ut uidit dixit. Ite: ostendite uos sacerdotibus. Et factum est dum irent: mundati sunt. Unus autem ex illis ut
uidit quia mundatus est: regressus est cum magna uoce: magnificans deum. Et cecidit in faciem: ante pedes
eius: gracias agens. Et hic erat samaritanus. Respondens autem dixit. Nonne decem mundati sunt: et no
uem ubi sunt? Non est inuentus qui rediret et daret gloriam deo. nisi hic alienigena. Et ait illi. Surge uade.
quia fides tua te saluum fecit. Interrogatus a phariseis quando uenit regnum dei. Respondit eis et dixit. Non
uenit regnum dei cum obseruacione: neque dicent. ecce hic aut ecce illic. Ecce enim regnum dei intra uos est. Et ait
ad discipulos suos. uenient dies quando desideretis uidere unum diem filii hominis: et non uidebitis. Et dicent
uobis Ecce hic aut ecce illic. Nolite ire: neque sectemini. Nam sicud fulgur choruscans de sub celo in ea que sub
celo sunt fulget: ita erit filius hominis in die sua. Primum autem oportet illum multa pati et reprobari a genera
cione hac. Et sicud factum est in diebus noe: ita erit et in diebus filii hominis. Edebant et bibebant: uxores du
cebant: et dabantur ad nupcias. usque in diem qua intrauit noe in archam: et uenit diluuium et perdidit omnes.
Similiter sicud factum est in diebus loth. Edebant et bibebant. emebant et uendebant. plantabant edifica
bant. Qua die autem exiit loth de sodomis: pluit ignem et sulphur de celo. et omnes perdidit. Secundum hec
erit qua die filius hominis reuelabitur. In illa hora qui fuerit in tecto et uasa eius in domo: ne descendat tollere
illa. Et qui in agro similiter non redeat retro. Memores estote uxoris loth. Quicumque quesierit animam suam
saluam facere perdet illam. Et quicumque perdiderit illam uiuificabit eam. Dico uobis. In illa nocte erunt duo in
lecto uno: unus adsumetur: et alter relinquetur. Due erunt molentes in unum: una adsumetur: altera relinque
tur. Duo in agro unus adsumetur: et alter relinquetur. Respondentes dicunt illi. ubi domine? Qui dixit eis ubi
cumque fuerit corpus illuc congregabuntur aquile. Dicebat autem et parabolam ad illos C. xviii. * C. 18.

Quoniam oportet semper orare: et non deficere dicens. Iudex quidam erat in quadam ciuitate: qui deum
non timebat et hominem non reuerebatur. vidua autem quedam erat in ciuitate illa: et ueniebat
ad eum dicens. uindica me: de aduersario meo: Et nolebat per multum tempus. Post hec autem: dixit intra
se. Et si deum non timeo: nec hominem reuereor: tamen quia molesta est michi hec vidua: uindicabo illam
ne in nouissimo ueniens sugillet me. Ait autem dominus. Audite quid iudex iniquitatis dicit. Deus autem
non faciet uindictam electorum suorum clamancium ad se die ac nocte: et pacienciam habebit in illis. Dico
uobis: quia cito faciet uindictam illorum. Uerumtamen filius hominis ueniens: putas inueniet fidem in terra.
Dixit autem et ad quosdam qui in se confidebant tamquam iusti: et aspernabantur ceteros: parabolam istam.
Duo homines ascenderunt in templum: ut orarent: unus phariseus: et alter publicanus. Phariseus stans
hec apud se orabat. Deus. Gracias ago tibi: quia non sum sicud ceteri hominum. Raptores: iniusti: adulteri
uelud etiam hic publicanus. Ieiuno bis in sabbato: decimas do omnium que possideo. Et publicanus
a longe stans: nolebat nec oculos ad celum leuare. sed percuciebat pectus suum dicens. Deus propicius
esto michi peccatori. Dico uobis descendit hic iustificatus in domum suam ab illo. Quia omnis qui se exaltat
humiliabitur: et qui se humiliat: exaltabitur. Afferebant autem ad illum et infantes ut eos tangeret. Quod
cum uiderent discipuli increpabant illos. Ihesus autem conuocans illos: dixit: Sinite pueros uenire ad me
et nolite eos uetare. Talium est enim regnum dei. Amen dico uobis: quicumque non acceperit regnum dei sicut
puer non intrabit in illud. Et interrogauit eum quidam princeps: dicens. Magister bone: quid faciens:
uitam eternam possidebo. Dixit autem ei ihesus. Quid me dicis bonum? Nemo bonus nisi solus deus. Mandata
nosti? Non occides: non mechaberis: non furtum facies: non falsum testimonium dices: Honora
patrem tuum et matrem. Qui ait. Hec omnia custodiui: a iuuentute mea. Quo audito ihesus: ait. Ad
huc unum tibi deest. Omnia quecumque habes uende: et da pauperibus: et habebis thesaurum in celo
et ueni sequere me. His ille auditis: contristatus est ualde quia diues erat ualde. uidens autem ihesus
tristem illum factum: dixit. Quam difficile: qui pecuniam habent in regnum dei intrabunt. Facilius est
enim camelum per foramen acus transire: quam diuitem intrare in regnum dei. Et dixerunt qui audi
ebant. Et quis potest saluus fieri? Ait illis. Que impossibilia sunt apud homines: possibilia
sunt apud deum. Ait autem ei Petrus. Ecce nos dimisimus omnia: et secuti sumus te. Qui dixit eis
Amen dico uobis: nemo est qui reliquit domum aut parentes: aut fratres: aut uxorem: aut filios: propter
regnum dei: et non recipiat multo plura in hoc tempore et in seculo futuro uitam eternam. Assumpsit
ihesus duodecim: et ait illis. Ecce ascendimus ierosolimam: et consummabuntur omnia que scripta sunt
per prophetas de filio hominis. Tradetur enim gentibus et illudetur: et flagellabitur. et conspuetur. Et post
quam flagellauerint occident eum. et die tercia resurget. Et ipsi horum intellexerunt nichil: et erat

verbum istud absconditum ab eis et non intelligebant que dicebantur. Factum est autem cum appro
pinquaret iericho: cecus quidam sedebat secus viam mendicans. Et cum audiret turbam pretereuntem:
interrogabat quid hec esset. Dixerunt autem ei: quod ihesus nazarenus transiret. Et clamavit dicens ihesu
fili david miserere mei: et qui preibant increpabant eum ut taceret. Ipse vero multo magis clamabat: fi
li david miserere mei. Stans autem ihesus iussit illum adduci ad se. Et cum appropinquasset: interrogavit
illum dicens. Quid tibi vis faciam? At ille dixit. Domine ut videam. Et ihesus dixit illi. Respice: fides tua te sal
vum fecit. Et confestim vidit: et sequebatur illum: magnificans deum. Et omnis plebs ut vidit: dedit lau
Et egressus perambulabat iericho. Et ecce vir nomine zacheus dem deo. xix
et hic erat princeps publicanorum: et ipse dives. Et querebat videre ihesum quis esset: et non poterat pre turba
quia statura pusillus erat. Et precurrens ascendit in arborem sicomorum ut videret ut videret illum: quia
inde erat transiturus. Et cum venisset ad locum suspiciens ihesus vidit illum: et dixit ad illum. Zachee festinans
descende: quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit: et suscepit illum gaudens. Et cum vi
derent omnes: murmurabant dicentes: quod ad hominem peccatorem divertisset. Stans autem zacheus: dixit
ad ihesum. Ecce dimidium bonorum meorum domine: do pauperibus: et si quid aliquem defraudavi: reddo quadru
plum. Ait ihesus ad eum. Quia hodie salus domui huic facta est: eo quod et ipse filius sit abrahe. Venit enim fi
lius hominis querere et salvum facere: quod perierat. Hec illis audientibus: adiciens dixit parabolam hoc
eo quod esset prope iherusalem. Et quia existimarent quod confestim regnum dei manifestaretur: dixit ergo
Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam: accipere sibi regnum et reverti. Vocatis autem decem ser
vis suis: dedit illis decem mnas. Et ait ad illos. Negociamini dum venio. Cives autem eius oderant illum: et
miserunt post illum dicentes. Nolumus hunc regnare super nos. Et factum est ut rediret accepto regno: et iussit
vocari servos quibus dedit pecuniam: ut sciret quantum quisque negociatus esset. Venit autem primus dicens.
Domine: mna tua: decem mnas acquisivit. Et ait illi. Euge serve bone quia in modico fidelis fuisti: eris po
dicens domine testatem habens super decem civitates. Et alter venit mna tua. fecit quinque mnas. Et huic ait. Tu esto super quinque
civitates. Et alter venit dicens. Domine. Ecce mna tua quam habui repositam in sudario. Timui enim te
quia homo austerus es: tollis quod non posuisti: et metis quod non seminasti. Dicit ei de ore te iudico serve ne tuo
quam. Sciebas quod ego austerus homo sum: tollens quod non posui: et metens quod non seminavi. Et quare
non dedisti pecuniam meam ad mensam? Et ego veniens cum usuris utique exegissem illud. Et astantibus dixit
Auferte ab illo mnam. et date illi qui decem mnas habet. Et dixerunt. Domine. habet decem mnas. Dico autem
vobis: quia omni habenti dabitur. ab eo autem qui non habet: et quod habet auferetur ab eo. Verumtamen ini
micos meos qui noluerunt me regnare super se. adducite huc et interficite ante me. Et hiis dictis precedebat as
cendens iherosolimam. Et factum est cum appropinquasset bethphage et bethaniam ad montem qui vocatur
oliveti misit duos discipulos suos dicens. Ite in castellum quod contra vos est. In quod introeuntes: invenietis
pullum asine alligatum cui nemo unquam hominum sedit. Solvite illum: et adducite. Et si quis vos interroga
verit quare solvitis: sic dicetis ei. Quia dominus: operam eius desiderat. Abierunt autem qui missi erant: et in
venerunt sicut dixit illis: stantem pullum. Solventibus autem illis pullum. Dixerunt domini eius ad illos. Quid
et iactantes vesti solvitis pullum? At illi dixerunt. Quia dominus eum necessarium habet. Et duxerunt illum ad ihesum. Eunte
menta super pul autem illo: substernebant vestimenta sua in via. Et cum iam appropinquaret ad descensum montis oliveti:
imposuerunt ihesum ceperunt omnes turbe descendentium gaudentes laudare deum voce magna super omnibus quas viderant vir
tutibus dicentes. Benedictus qui venit rex in nomine domini: pax in celo: et gloria in excelsis. Et quidam phari
seorum de turbis: dixerunt ad illum. Magister increpa discipulos tuos. Quibus ipse ait. Dico vobis. Quia si tacuerint
hii: lapides clamabunt. Et ut appropinquavit videns civitatem: flevit super illam dicens. Quia si cognovisses
et tu: et quidem in hac die tua que ad pacem tibi: nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Quia venient dies
in te et circumdabunt te inimici tui vallo. Et circumdabunt te: et coangustabunt te undique. Et ad terram pro
sternent te: et filios tuos qui in te sunt. Et non relinquent in te lapidem super lapidem: eo quod non cognoveris
tempus visitationis tue. Et ingressus in templum cepit eicere vendentes in illo et ementes dicens illis. Scriptum
est enim: quia domus mea domus orationis est. Vos autem fecistis illam speluncam latronum. Et erat docens
cotidie in templo. Principes autem sacerdotum et scribe. et principes plebis: querebant illum perdere. Et non
inveniebant quid facerent illi. Omnis enim populus suspensus erat audiens illum. xx
Et factum est in una dierum docente illo populum in templo: et evangelizante: convenerunt prin
cipes sacerdotum et scribe cum senioribus: et aiunt dicentes ad illum. Dic nobis in qua potestate hec
facis? Aut quis est qui dedit tibi hanc potestatem? Respondens autem: dixit ad illos. Interro
gabo vos et ego unum verbum: respondete michi. Baptismus iohannis de celo erat: an ex hominibus?
At illi cogitabant inter se dicentes. Quia si dixerimus de celo: dicet: quare ergo non credidistis illi? Si
dixerimus ab hominibus: plebs universa lapidabit nos. Certi sunt enim iohannem prophetam esse.
Et responderunt se nescire: unde esset. Et ihesus ait illis. Neque ego dico vobis: in qua potestate hec facio
Cepit autem dicere ad plebem: parabolam hanc. Homo quidam plantavit vineam: et locavit eam colonis

et ipse peregre fuit

& ipse pegre fuit multis temporibus. Et in tempore misit ad cultores servum: ut de fructu vinee darent illi. Qui
cesum dimiserunt eum inanem. Et addidit alterum servum mittere. Illi autem hunc quoque cedentes et afficien
tes contumelia: dimiserunt inanem. Et addidit tercium mittere: qui & illum vulnerantes eiecerunt. Dixit autem
dominus vinee quid faciam? Mittam filium meum dilectum: forsitan cum hunc viderint: verebuntur. Quem
cum vidissent coloni: cogitaverunt inter se dicentes. Hic est heres: occidamus illum: ut nostra fiat hereditas.
Et eiectum illum extra vineam: occiderunt. Quid ergo faciet illi dominus vinee? veniet & perdet colonos istos
& dabit vineam aliis. Quo audito dixerunt illis. absit. Ille autem aspiciens eos ait. Quid est ergo hoc quod
scriptum est? Lapidem quem reprobaverunt edificantes hic factus est in caput anguli. Omnis qui ceciderit sup
illum lapidem: conquassabitur. Super quem autem ceciderit: comminuet illum. Et querebant principes
sacerdotum & scribe: mittere in illum manus illa hora: & timuerunt populum. Cognoverunt enim quod
ad ipsos dixerit similitudinem istam. Et observantes miserunt insidiatores qui se iustos simularent: ut ca
perent eum in sermone. & traderent illum principatui: & potestati presidis. Et interrogaverunt illum di
centes. Magister scimus quia recte dicis & doces: & non accipis personam: sed in veritate viam dei doces. licet
nobis dare tributum cesari an non? Considerans autem ihesus dolum eorum: dixit ad illos. Quid me temp
tatis? ostendite michi denarium: cuius habet ymaginem: & inscriptionem? Respondentes dixerunt ei
Cesaris. Et ait illis. Reddite ergo que cesaris sunt cesari. Et que dei sunt deo. Et non potuerunt verbum eius
reprehendere: coram plebe. Et mirati in responsis eius: tacuerunt. Accesserunt autem quidam saduceorum
qui negant esse resurrectionem. & interrogaverunt eum: dicentes. Magister: moyses scripsit nobis. Si frater
alicuius mortuus fuerit habens uxorem: & hic sine filiis fuerit: ut accipiat eam frater eius uxorem: & sus
citet semen fratri suo. Septem ergo fratres erant. Et primus accepit uxorem: & mortuus est sine filiis. Et sequens
accepit illam: & ipse mortuus est sine filio. Et tercius accepit illam similiter & omnes septem. Et non reliq
runt semen: & mortui sunt. Novissima omnium: mortua est & mulier. In resurrectione ergo: cuius eorum
erit uxor? Siquidem septem habuerunt eam uxorem. Et ait illis ihesus. filii seculi huius nubunt: & tradu
tur ad nuptias. Illi vero qui digni habebuntur seculo illo. & resurrectione ex mortuis: neque nubent: neque du
cunt uxores: neque enim ultra mori poterunt. Equales enim angelis sunt. & filii sunt dei: cum sint filii re
surrectionis. Quia vero resurgunt mortui: & moyses ostendit secus rubum. sicut dicit. Dominum deum abraham
& deum ysaac: & deum iacob. Deus autem non est mortuorum: sed vivorum. Omnes enim vivunt ei.
Respondentes autem quidam scribarum: dixerunt. Magister bene dixisti. Et amplius non audebant eum
quicquam interrogare. Dixit autem ad illos. Quomodo dicunt christum filium david esse? Et ipse david in libro dicit
psalmorum. Dixit dominus domino meo: sede a dextris meis. Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tu
orum. David ergo dominum illum vocat: & quomodo filius eius est. Audiente autem omni populo: dixit disci
pulis suis. Attendite a scribis qui volunt ambulare in stolis. & amant salutationes in foro: & primas ca
thedras in synagogis & primos discubitus in conviviis qui devorant domos viduarum simulantes longam
orationem: & hii accipient dampnationem maiorem. xxi

R Espiciens autem vidit eos qui mittebant munera sua in gazophilacium divites. vidit autem et
quandam viduam pauperculam mittentem era minuta duo & dixit. vere dico vobis. Quia vidua hec
pauper: plus quam omnes misit. Nam omnes hii ex habundanti sibi miserunt in munera dei. Hec autem
ex eo quod est illi: omnem victum quem habuit misit. Et quibusdam dicentibus de templo: quod lapidibus bonis & donis
ornatum esset dixit. Hec que videtis: venient dies in quibus non relinquetur lapis super lapidem: qui non destruatur.
Interrogaverunt autem illum: dicentes. Preceptor: quando hec erunt: & quod signum cum fieri incipient? Qui
dixit. videte: ne seducamini. Multi enim venient in nomine meo dicentes: quia ego sum: & tempus appropin
quavit. Nolite ergo: ire post illos. Cum autem audieritis prelia & sediciones: nolite terreri. Oportet primum
hec fieri: sed non dum statim finis. Tunc dicebat illis. Surget gens contra gentem: & regnum adversus
regnum: & terre motus magni erunt per loca: & pestilentie & fames. terroresque de celo: & signa magna erunt
Sed ante hec omnia: inicient in vobis manus suas & persequentur: tradentes in synagogas & custodias trahen
tes ad reges & presides. propter nomen meum. Continget autem vobis in testimonium. Ponite ergo in cordibus
vestris non premeditari quemadmodum respondeatis. Ego enim dabo vobis os & sapientiam: cui non poterunt
resistere omnes adversarii vestri. Trademini autem a parentibus: & fratribus: & cognatis: & amicis: & morte affi
cient ex vobis. Et eritis odio omnibus: propter nomen meum. Et capillus de capite vestro: non peribit. In patientia
vestra: possidebitis animas vestras. Cum autem videritis circumdari ab exercitu ierusalem: tunc scitote: quia appropin
quavit desolatio eius. Tunc qui in iudea sunt fugiant in montes: & qui in medio eius discedant. Et qui in regio
nibus: non intrent in eam. Quia dies ultionis hii sunt: ut impleantur omnia que scripta sunt. Ve autem preg
nantibus: & nutrientibus in illis diebus. Erit enim pressura magna super terram: & ira populo huic. Et cadent in
ore gladii: & captivi ducentur in omnes gentes. Et ierusalem calcabitur a gentibus: donec impleantur tempora nationum.
Et erunt signa in sole & luna & stellis: & in terris pressura gentium: pre confusione sonitus maris & fluctuum
Arescentibus hominibus pre timore & expectatione: que supervenient universo orbi. Nam virtutes celorum mo

uehuntur. Et tunc uidebunt filium hominis uenientem in nube: cum potestate magna: ⁊ maiestate. His aut
fieri incipientibus: respicite ⁊ leuate capita uestra: quoniam appropinquat redemptio uestra. Et dixit illis similitu
dinem. Videte ficulneam ⁊ omnes arbores. cum producunt iam ex se fructum: scitis quoniam prope est estas. Ita et
uos cum uideritis hec fieri: scitote quoniam prope est regnum dei. Amen dico uobis. quia non preteribit generatio
hec donec omnia fiant. Celum ⁊ terra transibunt: uerba autem mea non transibunt. Attendite autem uobis: ne
forte grauentur corda uestra in crapula ⁊ ebrietate. ⁊ curis huius uite: ⁊ superueniat in uos dies ille tamquam la
queus. enim superueniet in omnes: qui sedent super faciem omnis terre. Vigilate itaque omni tempore orantes: ut digni
habeamini fugere ista omnia que futura sunt: ⁊ stare ante filium hominis. Erat autem diebus docens in templo
xxii. noctibus uero exiens morabatur in monte: qui uocatur oliueti. Et omnis populus manicabat ad eum in templo
audire eum. Appropinquabat autem dies festus azimorum: qui dicitur pascha. Et querebant principes sacerdotum
⁊ scribe quomodo eum interficerent: timebant uero plebem. Intrauit autem sathanas in iudam. qui cognomi
nabatur scarioth: unum de duodecim. Et abiit: ⁊ locutus est cum principibus sacerdotum ⁊ magistratibus:
quemadmodum illum traderet eis. Et gauisi sunt: ⁊ pacti sunt pecuniam illi dare: ⁊ spopondit. Et que
rebat oportunitatem ut traderet illum sine turbis. Venit autem dies azimorum. in qua necesse erat occidi
pascha. Et misit petrum ⁊ iohannem: dicens. Euntes parate nobis pascha: ut manducemus. At illi dixe
runt. Vbi uis paremus? Et dixit ad eos. Ecce introeuntibus uobis in ciuitatem: occurret uobis homo ampho
ram aque portans: sequimini eum in domum in quam intrat: ⁊ dicetis patrifamilias domus. Dicit tibi
magister. Vbi est diuersorium: ubi pascha cum discipulis meis manducem? Et ipse uobis ostendet cenaculum
magnum stratum: ⁊ ibi parate. Euntes autem inuenerunt sicut dixit illis: ⁊ parauerunt pascha. Et cum
facta esset hora discubuit: ⁊ duodecim apostoli cum eo. Et ait illis. Desiderio desideraui hoc pascha manducare uobiscum
antequam patiar. Dico enim uobis. Quia ex hoc non manducabo illud: donec impleatur in regno dei. Et accepto calice
gratias egit ⁊ dixit. Accipite ⁊ diuidite inter uos. Dico enim uobis: quod non bibam de generatione uitis: donec regnum
dei ueniat. Et accepto pane: gratias egit ⁊ fregit: ⁊ dedit eis dicens. Hoc est corpus meum quod pro uobis datur
hoc facite in meam commemorationem. Similiter ⁊ calicem postquam cenauit dicens. Hic est calix: nouum testa
mentum in sanguine meo: qui pro uobis fundetur. Verumtamen ecce manus tradentis me: mecum est in mensa.
Et quidem filius hominis secundum quod definitum est uadit. Verumtamen ue illi homini: per quem tradetur. Et
ipsi ceperunt querere inter se. quis esset ex eis qui hoc facturus esset. Facta est autem ⁊ contentio inter eos: quis uideretur
eorum esse maior. Dixit autem eis. Reges gentium dominantur eorum. quia qui potestatem habent super eos
benefici uocantur. Vos autem non sic. Sed qui maior est in uobis. fiat sicut minor. Et qui precessor est sicut
ministrator. Nam quis maior est: qui recumbit: an qui ministrat. Nonne qui recumbit. Ego autem in
medio uestrum sum: sicut qui ministrat. Vos autem estis: qui permansistis mecum in temptationibus meis.
Et ego dispono uobis: sicut disposuit michi pater meus regnum: ut edatis ⁊ bibatis super mensam meam
in regno meo. Et sedeatis super thronos: iudicantes duodecim tribus israel. Ait autem dominus. Symon
symon ecce sathanas expetiuit uos ut cribraret sicut triticum. Ego autem rogaui ut non deficiat fides tua. Et
tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Qui dixit ei. Domine tecum sum paratus: ⁊ in carcerem
⁊ in mortem ire. Et ille dixit. Dico tibi petre: non cantabit hodie gallus: donec ter abneges nosse me.
Et dixit eis. Quando misi uos sine sacculo ⁊ pera ⁊ calciamentis: numquid aliquid defuit uobis? At
illi dixerunt nichil. Dixit ergo eis. Sed nunc qui habet sacculum: tollat similiter ⁊ peram. Et qui non ha
bet: uendat tunicam suam: ⁊ emat gladium. Dico enim uobis. Quoniam adhuc hoc quod scriptum est
oportet impleri in me. Et quod cum iniustis deputatum est. Etenim que sunt de me finem habent. At illi dixerunt
Domine: ecce gladii duo hic. At ille dixit eis. Satis est. Et egressus ibat secundum consuetudinem in montem
oliuarum: secuti sunt autem illum ⁊ discipuli. Et cum peruenisset ad locum: dixit illis. Orate: ne intretis in tempta
tionem. Et ipse auulsus est ab eis: quantum iactus est lapidis: ⁊ positis genibus orabat dicens. Pater si uis transfer
calicem istum a me. Verumtamen non mea uoluntas: sed tua fiat. Apparuit autem illi de celo angelus: ⁊ confortans
eum: ⁊ factus est in agonia: prolixius orabat. Et factus est sudor eius: sicut gutte sanguinis decurrentis in terram.
Et cum surrexisset ab oratione: ⁊ uenisset ad discipulos suos: inuenit eos dormientes pre tristicia. Et ait illis. Quid
dormitis? Surgite: orate: ne intretis in temptationem. Adhuc eo loquente ecce turba ⁊ qui uocabatur iudas
unus de duodecim ante cedebat eos. Et appropinquauit ihesu: ut oscularetur eum. Ihesus autem: dixit illi. Iuda:
osculo filium hominis tradis? Videntes autem hii qui circa ipsum erant. quod futurum erat: dixerunt ei. Domine:
si percutimus in gladio? Et percussit unus ex illis seruum principis sacerdotum: ⁊ amputauit auriculam eius
dextram. Respondens autem ihesus ait. Sinite usque huc. Et cum tetigisset auriculam eius: sanauit eum. Dixit
autem ihesus ad eos. qui uenerant ad se principes sacerdotum ⁊ magistratus templi ⁊ seniores. Quasi ad latronem
existis cum gladiis ⁊ fustibus. Cum cotidie uobiscum fuerim in templo non extendistis manus in me. Sed hec
est hora uestra: ⁊ potestas tenebrarum. Comprehendentes autem eum: duxerunt ad domum principis sacer
dotum. Petrus uero: sequebatur a longe. Accenso autem igni in medio atrio: ⁊ circumsedentibus illis: erat
petrus in medio eorum. Quem cum uidisset ancilla quedam sedentem ad lumen ⁊ eum fuisset intuita: dixit.

Et hic cum illo erat. At ille negauit eum dicens. Mulier: non noui illum. Et post pusillum alius uidens eum
dicens: ⁊ tu de illis es. petrus uero ait. O homo: non sum. Et interuallo facto quasi hore unius. alius quidam
affirmauit dicens. uere: ⁊ hic cum illo erat: nam ⁊ galileus est. Et ait petrus homo: nescio quid dicis. Et con-
tinuo adhuc illo loquente: cantauit gallus. Et conuersus ihesus respexit petrum. Et recordatus est petrus uerbi
domini sicud dixerat prius quoniam gallus cantet: ter me negabis. Et egressus foras petrus. fleuit amare. Et
uiri qui tenebant illum: illudebant eum cedentes. Et uelauerunt eum: ⁊ percutiebant faciem eius: ⁊ interroga-
bant eum dicentes. Prophetiza: quis est qui te percussit? Et alia multa blasphemantes: dicebant in eum: ⁊
ut factus est dies. conuenerunt seniores plebis: ⁊ principes sacerdotum ⁊ scribe: ⁊ duxerunt illum in concili-
um suum. dicentes. Si tu es xpistus: dic nobis. Et ait illis. Si uobis dixero non creditis michi: Si autem et
interrogauero: non respondebitis michi: neque dimittetis. Ex hoc autem erit filius hominis: sedens a dextris
uirtutis dei. Dixerunt autem omnes. Tu ergo es filius dei? Qui ait. uos dicitis: quia ego sum. At illi dixerunt. Quid adhuc desideramus testimonium?
ipsi enim audiuimus de ore eius. xxiii

Et surgens omnis multitudo eorum: duxerunt illum ad pilatum. Ceperunt illum autem accusare di-
centes. Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram: ⁊ prohibentem tributa dari cesari: ⁊ dicentem
se xpistum regem esse. Pilatus autem interrogauit eum dicens. Tu es rex iudeorum? At ille respondens
ait. Tu dicis. Ait autem pilatus ad principes sacerdotum: ⁊ turbas. Nichil inuenio cause in hoc homine. At
illi inualescebant dicentes. Commouit populum: docens per uniuersam iudeam incipiens a galilea: usque huc.
Pilatus audiens autem galileam: interrogauit si homo galileus esset. Et ut cognouit quod de herodis potestate
esset: remisit eum ad herodem. Qui et ipse hierosolimis erat: illis diebus. Herodes autem uiso ihesu: gauisus est
ualde. Erat enim ex multo tempore: cupiens uidere eum: eo quod audiret multa de illo: ⁊ sperabat signum aliquod
uidere ab eo fieri interrogabat autem illum multis sermonibus. At ipse nichil respondebat. Stabant etiam prin-
cipes sacerdotum ⁊ scribe: constanter accusantes eum. Spreuit autem illum herodes. cum exercitu suo: ⁊ illusit
indutum ueste alba: ⁊ remisit ad pilatum. Et facti sunt amici herodes. ⁊ pylatus in ipsa die. Nam ante inimici
erant ad inuicem. Pilatus conuocatis autem principibus sacerdotum ⁊ magistratibus ⁊ plebe: dixit ad illos. Obtulistis
michi hunc hominem quasi auertentem populum: ⁊ ecce ego coram uobis interrogans: nullam causam inueni in
homine isto: ex his in quibus eum accusatis. Sed neque herodes. Nam remisi uos ad illum: ⁊ ecce nichil dignum
morte actum est ei. Emendatum ergo illum dimittam. Necesse autem habebat dimittere eis per diem festum
unum. Exclamauit autem simul uniuersa turba dicens. Tolle hunc ⁊ dimitte nobis barraban. Qui erat propter
sedicionem quandam factam in ciuitate. ⁊ homicidium: missus in carcerem. Iterum autem pilatus locutus est
ad illos uolens dimittere ihesum. At illi succlamabant dicentes. Crucifige: crucifige illum. Ille autem tercio dixit
ad illos. Quid enim mali fecit iste? Nullam causam mortis inuenio in eo. Corripiam illum: ⁊ dimittam:
At illi instabant uocibus magnis. postulantes ut crucifigeretur: ⁊ inualescebant uoces eorum. Et pylatus:
adiudicauit fieri petitionem eorum. Dimisit autem illis eum qui propter homicidium ⁊ sedicionem missus
fuerat in carcerem quem petebant. Ihesum uero: tradidit uoluntati eorum. Et cum ducerent eum apprehenderunt
symonem quendam cyreneusem: uenientem de uilla: ⁊ imposuerunt illi crucem portare post ihesum. Seque-
batur autem illum multa turba turba populi: ⁊ mulierum que plangebant ⁊ lamentabantur eum. Conuersus autem
ad illas ihesus: dixit. filie ierusalem nolite flere super me: sed super uos ipsas flete: ⁊ super filios uestros. Quoniam ecce uenient
dies: in quibus dicent. Beate steriles: ⁊ uentres que non genuerunt: ⁊ ubera que non lactauerunt. Tunc incipiunt
dicere montibus cadite super nos: ⁊ collibus operite nos. Quia si in uiridi ligno hec faciunt: in arido quid fiet? Du-
cebantur autem ⁊ alii duo nequam cum eo: ut interficerentur. Et postquam uenerunt in locum qui dicitur caluarie:
ibi crucifixerunt eum. Et latrones unum a dextris: ⁊ alterum a sinistris. Ihesus autem dicebat. Pater: dimitte illis
non enim sciunt quid faciunt. Diuidentes uero uestimenta eius: miserunt sortes: ⁊ stabat populus ex-
pectans: ⁊ deridebant eum principes cum eis: dicentes. Alios saluos fecit: se saluum faciat: si hic est dei electus.
Illudebant autem ei: milites ⁊ accedentes. ⁊ acetum offerentes illi dicentes. Si tu es rex iudeorum. saluum te fac.
Erat autem ⁊ superscriptio inscripta super illum. litteris grecis ⁊ latinis: ⁊ hebraicis. Hic est rex iudeorum. Unus autem
de his qui pendebant latronibus. blasphemabat eum dicens. Si tu es xpistus: saluum fac temetipsum ⁊ nos. respon-
dens autem alter: increpabat illum dicens. Neque tu times deum: quod in eadem dampnatione es. Et nos qui-
dem iuste: nam digna factis recipimus. Hic uero: nichil mali gessit. Et dicebat ad ihesum. Domine: memento
mei: dum ueneris in regnum tuum. Et dixit illi ihesus. Amen dico tibi: hodie mecum eris in paradiso. Erat
autem iam fere hora sexta: ⁊ tenebre facte sunt in uniuersa terra: usque in horam nonam. ⁊ obscuratus est sol. Et
uelum templi scissum est medium. Et clamans uoce magna ihesus ait. Pater: in manus tuas domine commendo
spiritum meum. Et hec dicens exspirauit. uidens autem centurio quod factum fuerat: glorificabat deum dicens. Uere
hic homo iustus erat. Et omnis turba qui simul aderant ad spectaculum istud: ⁊ uidebant que fiebant: percucien-
tes pectora sua: reuertebantur. Stabant autem omnes noti eius a longe: ⁊ mulieres que secute erant eum: a
galilea hec uidentes. Et ecce uir nomine ioseph erat qui decurio uir bonus ⁊ iustus. Hic non consenserat actibus
eorum: ab arimathia ciuitate iudee. qui exspectabat ⁊ ipse regnum dei. Hic accessit ad pilatum: ⁊ petiit corpus

ihu. Et depoſitum: inuoluit ſyndone: ⁊ poſuit eum in monumento exciſo: in quo non dum quiſquam poſitus fuerat
. Et dies erat paraſceue. ⁊ ſabbatum inlucèſcebat. Subſecute autem mulieres que cum uenerant de galilea
uiderunt monumentum: ⁊ quemadmodum erat corpus poſitum eius. Et reuertentes parauerunt aroma
ta: ⁊ ungenta. Et ſabbato quidem ſiluerunt: ſecundum mandatum. xxiiij

Una autem ſabbati ualde diluculo: uenerunt ad monumentum: portantes que parauerauerant aromata
. Et inuenerunt lapidem reuolutum a monumento: ⁊ ingreſſe non inuenerunt corpus ihu. Et factum ē
dum mente conſternate eēnt de iſto: ecce duo uiri ſteterunt ſecus illas in ueſte fulgenti. Cum timerent
autem ⁊ declinarent uultum in terram: dixerunt ad illas. Quid queritis uiuentem cum mortuis? Non eſt
hic: ſed ſurrexit. Recordamini qualiter locutus eſt uob: cum adhuc in galilea eēt dicens. Quia oportet filium
hominis tradi in manus hominum peccatorum: ⁊ crucifigi: ⁊ die tercia reſurgere. Et recordate ſunt uerborum
eius. Et regreſſe a monumento: nunciauerunt hec omnia undecim illis: ⁊ ceteris omnibus. Erat autem
maria magdalena: ⁊ iohanna: ⁊ maria iacobi: ⁊ cetē que cum eis erant que dicebant ad apoſtolos hec: ⁊
uiſa ſunt ante illos ſicud deliramentum uerba iſta: ⁊ non credebant illis. Petrus autem ſurgens cucurrit
ad monumentum: ⁊ procumbens uidit linteamina ſola poſita. Et abiit ſecum mirans: quod factum fue
rat. Et ecce duo ex illis diſcipulis ihu ibant ipſa die in caſtellum quod erat in ſpacio ſtadiorum. lx. ab iheruſalem
nomine emmaus. Et ipſi loquebantur ad inuicem: de his omnibꝫ que acciderant. Et factum eſt dum fabularentur
⁊ ſecum quererent: ⁊ ipſe ihus appropinquans ibat cum illis. Oculi autem illorum tenebantur: ne eum agnoſcerent
. Et ad illos qui ſunt hi ſermones quos confertis ad inuicem: ambulantes ⁊ eſtis triſtes? Et reſpondens unus cui
nomen cleophas dixit ei. Tu ſolus peregrinus es in ierlm: ⁊ non cognouiſti que facta ſunt his diebus? Quibꝫ
ille dixit. Que? ⁊ dixerunt. De ihu nazareno: qui fuit propheta uir potens in opere ⁊ ſermone: coram deo ⁊ omni
populo. Et quomodo tradiderunt eum ſummi ſacerdotes ⁊ principes noſtri in dampnationem mortis: ⁊ cru
cifixerunt eum. Nos autem ſperabamus: quia ipſe eēt redempturus iſrahel. Et nunc ſuper hec omnia tercia
dies eſt hodie quod hec facta ſunt. Sed ⁊ mulieres quedam ex nr̄is terruerunt nos: que ante lucem fuerunt ad
monumentum: ⁊ non inuento corpore eius: uenerunt dicentes ſe etiam uiſionem angelorum uidiſſe: qui dicunt
eum uiuere. Et abierunt quidam ex noſtris ad monumentum. ⁊ ita inuenerunt ſicud mulieres dixerunt ipſum uero
non inuenerunt. Et ipſe dixit ad eos. O ſtulti ⁊ tardi corde ad credendum: in omnibꝫ que locuti ſunt prophete.
Nonne hec oportuit pati xpm̄: ⁊ ita intrare in gloriam ſuam? Et incipiens a moyſe ⁊ omnibus prophetis in
terpretabatur illis in omnibus ſcripturis que de ipſo erant. Et appropinquauerunt caſtello quo ibant: ⁊ ipſe ſe finxit
longius ire. Et coegerunt illum dicentes. Mane nobiſcum quoniam aduesperaſcit: ⁊ inclinata eſt iam dies
. Et intrauit cum illis: ⁊ factum eſt dum recumberet cum illis: accepit panem ⁊ benedixit ac fregit ⁊ porri
gebat illis. Et aperti ſunt oculi eorum: ⁊ cognouerunt eum. Et ipſe euanuit ex oculis eorum. Et dixerunt
ad inuicem: nonne cor noſtrum ardens erat in nobis dum loqueretur in uia: ⁊ aperiret nobis ſcripturas
. Et ſurgentes eadem hora: regreſſi ſunt in ierlm: ⁊ inuenerunt congregatos undecim: ⁊ eos qui cum ip
ſis erant dicentes. Quod ſurrexit dominus uere: ⁊ apparuit ſymoni. Et ipſi narrabant que geſta in
uia. Et quomodo cognouerunt eum in fractione panis. Cum hec autem loquuntur: ſtetit ihus in medio
diſcipulorum ſuorum: ⁊ dixit eis pax uobis. Ego ſum: nolite timere. Conturbati uero ⁊ conterriti: exiſtimabant
ſe ſpiritum uidere. Et dixit eis. Quid turbati eſtis: ⁊ cogitationes aſcendunt in corda ueſtra? Videte manus
meas ⁊ pedes: quia ego ipſe ſum. Palpate ⁊ uidete: quia ſpūs carnem ⁊ oſſa non habent: ſicud me uidetis habē
. Et cum hoc dixiſſet: oſtendit eis manus ⁊ pedes. Adhuc autem illis non credentibus ⁊ mirantibus pre
gaudio dixit. Habetis hic aliquid quod manducetur. At illi obtulerunt ei partem piſcis aſſi: ⁊ fauum mellis
. Et cum manducaſſet coram ipſis: ſumens reliquias dedit eis. Et dixit ad eos. Hec ſunt uerba que locutus
ſum ad uos. cum adhuc eēm uobiſcum. Quoniam neceſſe eſt impleri omnia que ſcripta ſunt in lege moy
ſi ⁊ prophetis ⁊ pſalmis de me. Tunc aperuit illis ſenſum: ut intelligerent ſcripturas. Et dixit eis. Quoniam
ſic ſcriptum eſt: ⁊ ſic oportebat xpm̄ pati: ⁊ reſurgere a mortuis die tercia: ⁊ predicari in nomine eius peni
tenciam: ⁊ remiſſionem peccatorum: in omnes gentes. Incipientibus ab iheroſolima. Vos autē eſtis teſtes
horum. Et ego mitto promiſſum patris mei in uos. uos autem ſedete in ciuitate: quo adusqꝫ induamini
uirtute ex alto. Eduxit autem eos in bethaniam foras: ⁊ eleuatis manibꝫ. benedixit eis. Et factum eſt dum
benediceret illis: receſſit ab eis: ⁊ ferebatur in celum. Et ipſi adorantes: regreſſi ſunt in ierlm: cum gau
dio magno. Et erant ſemper in templo laudantes: ⁊ benedicentes deum. Amen

Incipit Evangelium secundum Joanem. Caput I.
In principio erat Verbū. etc.

IN principio erat uerbum ⁊ uerbum erat aput deum. Et deus e
rat uerbum. hoc erat inprincipio apud deum. Omnia per ipm̄ facta sūt:
⁊ sine ipso factum est nichil. Quod factum: in ipso uita erat lux homi
num. Et lux in tenebris lucet: ⁊ tenebre eam non comprehenderunt
fuit homo missus a deo: cui nomen erat iohannes. Hic uenit in testi
monium: ut testimonium perhiberet de lumine: ut omnes crederent
per illum. Non erat ille lux: sed ut testimonium perhiberet de lu
mine. erat lux uera: que illuminat omnem hominem uenientem in hunc mū
dum. In mundo erat: ⁊ mundus per ipm̄ factus est: ⁊ mundus eum non
congnouit. In propria uenit: ⁊ sui eum non receperunt. Quotquot autem rē
ceperunt eum: dedit eis potestatem filios dei fieri: his qui credunt in no
mine eius. Qui non ex sanguinibꝫ: neqꝫ ex uoluntate carnis: neqꝫ ex uo
luntate uiri: sed ex deo nati sunt. Et uerbum caro factum est ⁊ habitauit ī
nobis. Et uidimus gloriam eius: gloriam quasi unigeniti a patre plenū
gratie ⁊ ueritatis. Johannes testimonium perhibet de ipso: ⁊ clamabat dicens. Hic erat quem dixi: qui post me
uenturus: ante me factus est: quia prior me erat. Et de plenitudine eius nos omnes accepimus: ⁊ gratiā pro
gratia. Quia lex per moysen data est. Deum nemo uidit umquam: unigenitus filius qui est in sinu patris: ipse enar
rauit. Et hoc est testimonium iohannis: quando miserunt iudei ab iherosolimis sacerdotes ⁊ leuitas ad eū
ut interrogarent eum tu quis es? Et confessus est ⁊ non negauit. Et confessus ē: quia non sum ego xpistus
Et interrogauerunt eum quid ergo helias es tu? Et dixit non sum. Propheta es tu. Et respondit nō. Dixerunt
ergo ei. Quis es ut responsum demus his qui miserunt nos? Quid dicis de te ipso? Ait. Ego uox clamantis
in deserto: dirigite uiam domini: sicud dixit ysaias propheta. Et qui missi fuerant: erant ex phariseis. Et in
terrogauerunt eum: ⁊ dixerunt ei. Quid ergo baptisas: si tu non es xpistus: neqꝫ propheta: neqꝫ helias? Respō
dit eis iohannes dicens: Ego baptiso in aqua: medius autem uestrum stetit quem uos nescitis. Ipse est qui
post me uenturus ē: qui ante me factus est. Cuius non sum dignus: ut soluam eius corrigiam calciamenti. Hec
in bethania facta sunt trans iordanem: ubi erat iohannes baptisans. Altera die uidit iohannes ihm̄ uenientē
ad se: ⁊ ait. Ecce agnus dei: qui tollit peccata mundi. Hic est de quo dixi. Post me uenit uir: qui ante me fāc̄s
quia prior me erat. Et ego nesciebam eum: sed ut manifestetur israhel propterea ueni ego in aqua
baptisans. Et testimonium perhibuit iohannes dicens: Quia uidi spiritum descendentem quasi columbā
de celo: ⁊ mansit super eum. Et ego nesciebam eum. Sed qui misit me in aqua baptisare: ille michi dixit. Sup̄
quem uideris spm̄ descendentem ⁊ manentem sup̄ eum. hic est qui baptizat in spiritu sancto. Et ego uidi ⁊
testimonium perhibui: quia hic est filius dei. altera die iterum. Stabat iohannes: ⁊ ex discipulis eius duo
Et respiciens ambulantem ihm̄ dicit. Ecce agnus dei. Et audierunt duo discipuli eius loquentem: ⁊ secu
ti sunt ihm̄. Conuersus autem ihūs. ⁊ uidens eos sequentes se: dicit eis. Quid queritis. Qui dixerunt ei.
Rabbi: quod interpretatum magister ē. ubi habitas? Dicit eis. Venite ⁊ uidete. uenerunt ⁊ uiderunt ubi
maneret: ⁊ apud eum manserunt die illo. Hora autem erat: quasi decima. Erat autem andreas frater
symonis petri: unus ex duobus qui audierant a iohanne: ⁊ secuti fuerant eum. Inuenit hic primum fra
trem suum symonem ⁊ dicit ei. Inuenimus messiam: quod est interpretatum xpistus. Et adduxit eum
ad ihm̄. Intuitus autem eum ihūs dixit. Tu es symon filius iohanna: tu uocaberis cephas: quod interp̄
tatur petrus. In crastinum uoluit ire in galileam. ⁊ inuenit philippum: ⁊ dicit ei ihūs. Sequere me. Erat
autem philippus: a bethsaida ciuitate andree ⁊ petri. Inuenit philippus nathanahel: ⁊ dixit ei. Quem scrip
sit moyses in lege ⁊ prophete: inuenimus ihm̄ filium ioseph: a nazareth. Et dixit ei nathanahel a nazareth
potest aliquid boni eē? Dicit ei philippus. ueni ⁊ uide. uidit ihūs nathanahel uenientem ad se. ⁊ dicit de eo
Ecce uere israhelita: in quo dolus non est. Dicit ei nathanahel. Unde me nosti? Respondit ihūs ⁊ dixit ei:
Prius quam te philippus uocaret cum eēs sub ficu: uidi te. Respondit ei nathanahel: ⁊ ait. Rabbi: tu es filius
dei: tu es rex israhel. Respondit ihūs: ⁊ dixit ei. Quia dixi tibi uidi te sub ficu: credis maius his uidebis. Et
dicit ei. Amen amen dico uob. uidebitis celum apertum: ⁊ angelos dei ascendentes ⁊ descendentes: sup̄ filiū hoīs
ET die tercia nuptie facte sunt in cana galilee: ⁊ erat mater ihū ibi. Uocatus est autem ⁊ ihūs
⁊ discipuli eius ad nuptias. Et deficiente uino: dicit mater ihū ad eum. Uinum non habent ⁊ dicit ei
ihūs. Quid michi ⁊ tibi est mulier? Non dum uenit hora mea. Dicit mater eius ministris. Quod
cumqꝫ dixerit uob: facite. Erant autem ibi lapidee ydrie sex posite: secundum purificationem iudeorum. Capi
entes singule metretas binas uel ternas. Dicit eis ihūs. Implete ydrias aqua: ⁊ impleuerunt eas usqꝫ ad
summum. Et dicit eis ihūs. haurite nunc: ⁊ ferte architriclino. Et tulerunt. ut autem gustauit archi tri
clinus aquam uinum factam: ⁊ non sciebat unde eēt. Ministri autem sciebant: qui hauserant aquam.
uocat sponsum architriclinus: ⁊ dicit ei. Omnis homo primum bonum uinum ponit: ⁊ cum inebriati
fuerint tunc id quod deterius est. Tu autem seruasti bonum uinum usqꝫ adhuc. Hoc fecit initium sig

signorum ihesus in cana galilee : et manifestauit gloriam suam. Et crediderunt in eum : discipuli eius. Post
hec descendit capharnaum ipse et mater eius : et fratres eius : et discipuli eius : et ibi manserunt non multis
diebus. Et prope erat pascha iudeorum : et ascendit iherosolimam ihesus. Et inuenit in templo uendentes
boues et oues : columbas : et nummularios sedentes. Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis : omnes
eiecit de templo. Oues quoque et boues : et nummulariorum effudit es et mensas subuertit. Et his qui co-
lumbas uendebant dixit. Auferte ista hinc : et nolite facere domum patris mei : domum negotiationis
Recordati uero discipuli eius sunt : quia scriptum est : zelus domus tue : comedit me. Responderunt ergo
iudei et dixerunt ei. Quod signum ostendis nobis quia hec facis? Respondit ihesus et dixit eis. Soluite tem-
plum hoc et in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo iudei. Quadraginta et sex annis edificatum est
templum hoc. Et tu tribus diebus excitabis illud? Ille autem dicebat de templo corporis sui. Cum ergo re-
surrexisset a mortuis : recordati sunt discipuli sui quia hoc dicebat. Et crediderunt scripture : et sermoni quem
dixit ihesus. Cum autem esset iherosolimis in pascha in die festo : multi crediderunt in nomine eius : que facie-
bat. Ipse autem ihesus non credebat semetipsum eis : eo quod ipse nosset omnes. et quia opus ei non erat ut quis
testimonium perhiberet : de homine. Ipse enim sciebat quid esset in homine iij ¶

Erat autem homo ex phariseis : nicodemus nomine : princeps iudeorum. Hic uenit ad ihesum nocte :
et dixit ei. Rabbi : scimus quia a deo uenisti magister. Nemo enim potest hec signa facere que tu facis. nisi
fuerit deus cum eo. Respondit ihesus et dixit ei. Amen amen dico tibi : nisi quis natus fuerit denuo
non potest uidere regnum dei. Dicit ad eum nicodemus. Quomodo potest homo nasci cum sit senex?
Numquid potest in uentrem matris sue iterato introire et nasci? Respondit ihesus. Amen dico tibi nisi
quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto : non potest introire in regnum dei. Quod natum est ex carne
caro est : et natum est ex spiritu : spiritus est. Non mireris quia dixi tibi : oportet uos nasci denuo. Spiritus
ubi uult spirat : et uocem eius audis sed nescis unde ueniat et quo uadat. Respondit nicodemus et dixit ei. Quo-
modo possunt hec fieri. Respondit ihesus et dixit. Tu es magister in israhel : et hec ignoras? Amen dico tibi :
quia quod scimus loquimur et quod uidimus testamur : et testimonium nostrum non accipitis. Si terrena dixi
uobis et non creditis : quomodo si dixero uobis celestia credetis? Et nemo ascendit in celum : nisi qui descendit de
celo : filius hominis qui est in celo. Et sicut moyses exaltauit serpentem in deserto : ita exaltari oportet fi-
lium hominis. ut omnis qui credit in ipso non pereat : sed habeat uitam eternam. Sic enim dilexit deus mundum :
ut filium suum unigenitum daret. ut omnis qui credit in eum non pereat : sed habeat uitam eternam.
Non enim misit deus filium suum in mundum. ut iudicet mundum : sed ut saluetur mundus per ipsum
Qui credit in eum : non iudicatur. Qui autem non credit : iam iudicatus est : quia non credit in nomine
unigeniti filii dei. Hoc est autem iudicium : quia lux uenit in mundum : et dilexerunt homines magis
tenebras. quam lucem : erant enim eorum mala opera. Omnis enim qui mala agit odit lucem : et non
uenit ad lucem : ut non arguantur opera eius. Qui autem facit ueritatem uenit ad lucem : ut mani-
festentur opera eius : quia in deo sunt facta. Post hec uenit ihesus. et discipuli eius in iudeam terram. et
illic demorabatur cum eis : et baptizabat. Erat autem et iohannes baptizans in ennon iuxta salim : quia
aque multe erant illic : et ueniebant et baptizabantur. Non dum enim missus fuerat in carcerem iohannes
Facta est ergo questio ex discipulis iohannis. cum iudeis : de purificatione. Et uenerunt ad iohannem : et dixerunt
ei. Rabbi. Qui erat tecum trans iordanem : cui tu testimonium perhibuisti : ecce hic baptizat : et omnes ueniunt ad
eum. Respondit iohannes : et dixit. Non potest homo quicquam nisi fuerit ei datum de celo. Ipsi uos michi testimo-
nium perhibetis quod dixerim : ego non sum christus : sed quia missus sum ante illum. Qui habet sponsam : spon-
sus est. Amicus autem sponsi qui stat et audit eum : gaudio gaudet : propter uocem sponsi. Hoc ergo gaudium
meum : impletum est. Illum oportet crescere : me autem minui. Qui de terra est : de terra loquitur. Qui de celo
uenit : super omnes est. Et quod uidit et audiuit : hoc testatur : et testimonium eius nemo accipit. Qui eius
testimonium accipit : signauit quia deus uerax est. Quem enim deus misit : uerba dei loquitur : non enim ad mensuram
dat deus spiritum. pater diligit filium : et omnia dedit in manus eius. Qui credit in filium : habet uitam eternam.
Qui autem incredulus est filio : non uidebit uitam : sed ira dei manet super eum iiij ¶

Ut ergo congnouit ihesus quia audierunt pharisei quia ihesus plures discipulos facit et baptisat quam
iohannes quamquam non baptisaret. sed discipuli eius. Reliquit iudeam : et abiit iterum in galile-
am. Oportebat autem eum transire : per samariam. uenit ergo in ciuitatem samarie : que dicitur
sichem iuxta predium quod dedit iacob ioseph filio suo : erat autem ibi : fons iacob. Ihesus ergo fatigatus ex iti-
nere : sedebat sic super fontem : hora erat : quasi sexta. uenit mulier de samaria haurire aquam. Dicit ei ihesus.
Da michi bibere : discipuli autem eius abierant in ciuitatem : ut cibos emerent. Dicit ergo ei mulier samaritana
illa. Quomodo tu iudeus cum sis bibere a me poscis. que sum mulier samaritana. Non enim coutuntur iudei
samaritanis. Respondit ihesus et dixit ei. Si scires donum dei : et quis est qui dicit tibi da michi bibere : tu for-
sitan petisses ab eo : et dedisset tibi aquam uiuam. Dicit ei mulier. Domine neque in quo haurias habes et
puteus altus est. unde ergo habes aquam uiuam? Numquid tu maior es patre nostro iacob : qui dedit nobis

puteum: ⁊ ipse ex eo bibit ⁊ filii eius: ⁊ pecora eius. Respondit ihesus ⁊ dixit ei. Omnis qui bibit ex aqua hac sitiet
iterum. Qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei non sitiet in eternum. Sed aqua quam ego dabo ei: fiet
in eo fons aque salientis in uitam eternam. Dicit ad eum mulier. Domine michi da hanc aquam ut non sitiam
neque ueniam huc haurire. Dicit ei ihesus. vade: uoca uirum tuum ⁊ ueni huc. Respondit mulier ⁊ dixit: non ha
beo uirum. Dicit ei ihesus. Bene dixisti quia non habeo uirum: quinque enim uiros habuisti: ⁊ nunc quem habes
non est tuus uir hoc uere dixisti. Dicit ei mulier. Domine uideo quia propheta es tu. Patres nostri in monte
hoc adorauerunt: ⁊ uos dicitis quia iherosolimis est locus: ubi opportet adorare. Dicit ei ihesus Mulier: crede
michi quia uenit hora: quando neque in monte hoc: neque in iherosolimis adorabitis patrem. vos adoratis quod nesci
tis: nos adoramus quod scimus. quia salus ex iudeis est. Sed uenit hora ⁊ nunc est quando ueri adoratores
adorabunt patrem: in spiritu ⁊ ueritate. Nam ⁊ pater tales querit: qui adorant eum. Spiritus est deus ⁊ qui eos
adorant: in spiritu ⁊ ueritate opportet adorare. Dicit ei mulier. Scio quia messias uenit qui dicitur christus
Cum ergo uenerit ille nobis annuntiabit omnia. Dicit ei ihesus. Ego sum qui loquor tecum. Et continuo
uenerunt discipuli eius: ⁊ mirabantur quia cum muliere loquebatur. Nemo tamen dixit quid queris: aut
quid loqueris cum illa. Reliquit ergo ydriam suam mulier: ⁊ abiit in ciuitatem: ⁊ dicit illis hominibus. Venite
te ⁊ uidete hominem: qui dixit michi omnia quecumque feci. Numquid ipse est christus. Exierunt de ciuitate:
⁊ ueniebant ad eum. Interea rogabant eum discipuli eius dicentes. Rabbi. manduca. Ille autem dixit eis. Ego
cibum habeo manducare: quem uos nescitis Dicebant ergo discipuli ad inuicem. Numquid aliquis attulit ei ad man
ducandum? Dicit eis ihesus Meus cibus est ut faciam uoluntatem eius qui misit me: ut perficiam opus eius. Non
ne uos dicitis quod adhuc quatuor menses ⁊ messis uenit. Ecce dico uobis leuate oculos uestros ⁊ uidete regiones: quia
albe sunt iam ad messem. Qui metit mercedem accipit: ⁊ congregat fructum in uitam eternam. ut qui semi
nat: simul gaudeat ⁊ qui metit. In hoc est uerbum uerum. Quia alius est qui seminat ⁊ alius est qui metit.
Ego misi uos metere: quod uos non laborastis. Alii laborauerunt: ⁊ uos in labores eorum introistis. Ex ci
uitate autem illa: multi crediderunt in eum samaritanorum: propter uerbum mulieris: testimonium per
hibentis: quia dixit michi omnia quecumque feci. Cum uenissent ergo samaritani ad illum: rogauerunt eum
ut ibi maneret. Et mansit ibi duos dies: ⁊ multo plures crediderunt: propter sermones eius: ⁊ mulieri
dicebant. Quia iam non propter tuam loquelam credimus: ipsi enim audiuimus ⁊ scimus quia hic est uere sal
uator mundi. Post duos autem dies exiit inde: ⁊ abiit in galileam. Ipse enim ihesus testimonium perhibuit: quia
propheta in sua patria: honorem non habet. Cum ergo uenisset in galileam: exceperunt eum galilei. Cum omnia
uidissent que fecerat in die festo iherosolimis ⁊ ipsi uenerant in diem festum. venit ergo iterum in chanan galilee
ubi fecit aquam uinum. Et erat quidam regulus: cuius filius infirmabatur capharnaum. Hic cum au
disset quia ihesus adueniret a iudea in galileam abiit ad eum ⁊ rogabat eum: ut descenderet: ⁊ sanaret filium
eius. Incipiebat enim mori. Dixit ad eum ihesus ergo. Nisi signa ⁊ prodigia uideritis: non creditis. Dicit ad eum
regulus. Domine: descende priusquam moriatur filius meus. Dicit ei ihesus. vade: filius tuus uiuit. Credidit
homo sermoni quem dixit ei ihesus: ⁊ ibat. Iam autem eo descendente. serui occurrerunt ei ⁊ nuntiaue
runt dicentes: quia filius eius uiueret. Interrogabat autem horam ab eis: in qua melius habuerit ⁊ dixerunt
ei. Quia heri hora septima: reliquit eum febris. Cognouit ergo pater: quia illa hora erat in qua dixit ei ihesus
filius tuus uiuit: ⁊ credidit ipse: ⁊ domus eius tota. ¶

Hoc iterum secundum signum fecit: cum uenisset a iudea in galileam. Post hec erat dies festus iudeorum * C. 5.
⁊ ascendit ihesus iherosolimam. Est autem iherosolimis probatica piscina: que cognominatur
hebraice bethsaida: quinque porticus habens. In his iacebat multitudo magna languentium: cecorum:
claudorum: aridorum: expectantium aque motum. Angelus autem domini secundum tempus descendebat
in piscinam: post motionem aque: sanus fiebat a quacumque infirmitate detinebatur. Erat autem qui
dam homo ibi: triginta ⁊ octo annos habens in infirmitate sua. hunc cum uidisset ihesus iacentem: ⁊
cognouisset quia multum iam tempus haberet: dicit ei. vis sanus fieri? Respondit ei languidus
Domine: hominem non habeo: ut cum turbata fuerit aqua: mittat me in piscinam. Dum uenio
enim ego alius ante me descendit. Dicit ei ihesus. Surge: tolle grabatum tuum ⁊ ambula. Et statim
sanus factus est homo: ⁊ sustulit grabatum suum ⁊ ambulabat. Erat autem sabbatum in illo die.
Dicebant iudei illi qui sanatus fuerat. Sabbatum est non licet tibi tollere grabatum tuum. Respondit eis
Qui me fecit sanum: ille michi dixit. Tolle grabatum tuum ⁊ ambula. Interrogauerunt ergo eum: quis
est ille homo: qui dixit tibi. tolle grabatum tuum ⁊ ambula. Is autem qui sanus effectus fuerat nesciebat
quis esset. Ihesus autem declinauit a turba constituta in loco. Postea inuenit eum ihesus in templo: ⁊ dixit
illi. Ecce sanus factus es: iam noli peccare: ne deterius tibi aliquid contingat. Abiit ille homo ⁊ nun
tiauit iudeis: quia ihesus esset: qui fecit eum sanum. Propterea persequebantur iudei ihesum: quia hec fa
ciebat in sabbato. Ihesus autem respondit eis. Pater meus usque modo operatur: ⁊ ego operor. Propterea
ergo magis querebant eum iudei interficere: quia non solum soluebat sabbatum: sed ⁊ patrem su
um dicebat deum. equalem se faciens deo. Respondit itaque ihesus: ⁊ dixit eis. Amen amen dico uobis

non potest filius a se facere quicquam: nisi quod viderit patrem facientem. Quecumque enim fecerit ille
hec et filius similiter facit. Pater enim diligit filium: et omnia demonstrat ei: que ipse facit. Et maiora
his demonstrabit ei opera: ut vos miremini. Sicut enim pater suscitat mortuos et vivificat. Neque enim
pater iudicat quemquam: sed iudicium omne dedit filio. ut omnes honorificent filium: sicut honorificant
patrem. Qui non honorificat filium: non honorificat patrem qui misit illum. Amen amen dico vobis: quia
venit hora et nunc est. Quia qui verbum meum audit: et credit ei qui misit me: habet vitam eternam. Et
in iudicium non venit: sed transiit a morte in vitam. Amen amen dico vobis: quia venit hora et nunc
est: quando mortui audient vocem filii dei: et qui audierint vivent. Sicut enim pater habet vitam in semet
ipso: sic dedit et filio vitam habere in semetipso. Et potestatem dedit ei et iudicium facere: quia filius ho
minis est. Nolite mirari hoc: quia venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt audient vocem
eius. Et procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vite: qui vero mala egerunt in resurrectionem
iudicii. Non possum ego a me ipso facere quicquam: sicut audio iudico. et iudicium meum iustum est.
Quia non quero voluntatem meam: sed voluntatem eius qui misit me. Si ego testimonium perhi
beo de me: testimonium meum non est verum. Alius est: qui testimonium perhibet de me. vos misistis ad
iohannem: et testimonium perhibuit veritati. Ego autem non ab homine: testimonium accipio: sed hec di
co: ut vos salvi sitis. Ille erat lucerna lucens et ardens: vos autem voluistis ad horam exultare in luce eius.
Ego autem: habeo testimonium maius iohanne. Opera enim que dedit pater ut perficiam ea: ipsa opera
que ego facio: testimonium perhibent de me quia pater me misit. Et qui misit me pater: ipse testimonium
perhibuit de me. Neque vocem eius umquam audistis: neque speciem eius vidistis. Et verbum eius non habe
tis in vobis manens: quia quem misit ille: huic vos non creditis. Scrutamini scripturas: quia vos puta
tis in ipsis vitam eternam habere. Et ille sunt que testimonium perhibent de me. Et non vultis venire
ad me: ut vitam habeatis. Claritatem ab hominibus non accipio sed cognovi vos: quia dilectionem
dei non habetis in vobis. Ego veni in nomine patris mei: et non accipitis me: si alius venerit in nomine
suo: illum accipietis. Quomodo potestis vos credere: qui gloriam ab invicem accipitis: et gloriam que
a solo est deo non queritis. Nolite putare quia ego accusaturus sim vos apud patrem. Est qui ac
cusat vos: moyses in quo speratis. Si enim crederetis moysi: crederetis forsitan et michi. De me enim
ille scripsit. Si autem illius litteris non creditis: quomodo meis verbis credetis? VI
Post hec abiit ihesus trans mare galilee: quod est tyberiadis. Et sequebatur eum multitudo magna
quia videbant signa que faciebat: super his qui infirmabantur. Subiit ergo in montem ihesus: et
ibi sedebat cum discipulis suis. Erat autem proximum pascha: dies festus iudeorum. Cum suble
vasset ergo oculos ihesus: et vidisset quia multitudo maxima venit ad eum: dicit ad philippum. Unde eme
mus panes ut manducent hii? Ipse enim sciebat quid esset facturus. Respondit ei philippus. Ducentorum
denariorum panes non sufficiunt eis: ut unusquisque modicum quid accipiat. Dicit ei unus ex discipulis
eius: andreas frater symonis petri. Est puer unus hic: qui habet quinque panes ordeacios et duos pisces.
Sed hii quid sunt inter tantos. Dixit ergo ihesus: facite homines discumbere: erat autem fenum multum
in loco. Discubuerunt ergo viri: numero quasi quinque milia. Accepit ergo panes ihesus: et cum gratias
egisset: distribuit discumbentibus. Similiter et ex piscibus: quantum volebant: ut autem impleti sunt:
dixit discipulis suis. Colligite que superaverunt fragmenta ne pereant. Collegerunt ergo: et impleverunt
duodecim cophinos fragmentorum. ex quinque panibus ordeaciis: que superfuerunt: his qui manducaverant
Illi ergo homines cum vidissent quod fecerat signum: dicebant quia hic est vere propheta: qui venturus est
in mundum. Ihesus ergo cum cognovisset quia venturi essent: ut raperent eum: facerent eum regem. Fugit
iterum in montem ipse solus. Ut autem sero factum est: descenderunt discipuli eius ad mare. Et cum
ascendissent navim: venerunt trans mare in capharnaum. Et tenebre iam facte erant: et non venerat
ad eos ihesus. Mare autem vento flante magno exurgebat. Cum remigassent ergo: quasi stadia viginti
quinque aut triginta: vident ihesum ambulantem super mare: et proximum navi fieri: et timuerunt. Ille
autem dicit eis. Ego sum: nolite timere. Voluerunt ergo eum accipere in navim: et statim fuit na
vis ad terram quam ibant. Altera die turba que stabat trans mare: vidit quia navicula alia non
erat ibi: nisi una. Et quia non introisset cum discipulis suis ihesus in navim. sed soli discipuli eius
abiissent. Alie vero supervenerunt naves: a tyberiade iuxta locum ubi manducaverant panem
gratias agentes domino. Cum ergo vidisset turba quia ihesus non esset ibi: neque eius ascenderunt in na
viculas: et venerunt capharnaum querentes ihesum. Et cum invenissent eum trans mare: dixerunt
ei. Rabbi. quando huc venisti? Respondit ihesus: et dixit. Amen amen dico vobis. Queritis me: non
quia vidistis signa: sed quia manducastis ex panibus et saturati estis. Operamini: non cibum qui perit
Sed qui permanet in vitam eternam: quem filius hominis vobis dabit: hunc enim pater signavit deus.
Dixerunt ergo ad eum. Quid faciemus ut operemur opera dei? Respondit ihesus: et dixit eis. Hoc
est opus dei: ut credatis in eum: quem misit ille. Dixerunt ergo ei. Quod ergo tu facis signum. ut vide

amus ⁊ credamus tibi quid operaris. Patres nri manna manducauerunt indeserto: sicud scriptum e
Panem decelo: dedit eis manducare. Dixit ergo eis ihus. Amen amen dico uobis: non moyses ded
uob panem decelo: sed pater meus dat uob panem decelo uerum. Panis est enim dei qui descendit
decelo: ⁊ dat uitam mundo. Dixerunt ergo ad eum. Domine: semp da nob panem hunc. Dixit aut
eis ihus. Ego sum panis uite. Qui uenit ad me non esuriet. Et qui credit in me: non sitiet umqm
Sed dixi uobis: quia ⁊ uidistis me: ⁊ non credidistis. Omne quod dat michi pater ad me ueniet: ⁊
eum qui uenit ad me: non eiciam foras. Quia descendi decelo: non ut faciam uoluntatem meam
sed uoluntatem eius qui misit me. Hec est autem uoluntas eius qui misit me patris: ut omne qd
dedit michi non pdam ex eo: sed resuscitem illud in nouissimo die. Hec est enim uoluntas pris mei qui
misit me ut omnis qui uidit filium ⁊ credit in eum: habeat uitam eternam. Et resuscitabo eum ego
in nouissimo die. Murmurabant go iudei de illo: quia dixisset ego sum panis qui decelo descendi: ⁊ dice
bat. Nonne hic est ihus filius ioseph: cuius nos nouimus prem ⁊ mrem: quomodo ergo dicit hic:
quia decelo descendi? Respondit ergo ihus: ⁊ dixit eis: nolite murmurare in inuicem. Nemo potest
uenire ad me: nisi pater qui misit me traxerit eum. Et ego resuscitabo eum: in nouissimo die. Est
scriptum in prophetis: erunt omnes docibiles dei. Omnis qui audiuit a patre ⁊ didicit: uenit ad
me. Non quia patrem uidit quisqm: nisi is qui est a deo: hic uidit patrem. Amen amen dico uob
qui credit in me habz uitam eternam. Ego sum: panis uite. Patres uestri manducauerunt indeserto ma
na: ⁊ mortui sunt. Hic est panis decelo descendens: ut si quis ex ipso manducauerit: non moriatur. Ego su
panis uiuus: qui decelo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane: uiuet in eternum. Et panis q
ego dabo caro mea est: pro mundi uita. Litigabant ergo iudei: ad inuicem dicentes. Quomodo potest hic
nobis carnem suam ad manducandum dare. Dixit ergo eis ihus. Amen amen dico uob: nisi manducaue
ritis carnem filii hominis ⁊ biberitis eius sanguinem non habebitis uitam in uob. Qui manducat meam
carnem: ⁊ bibet meum sanguinem in me manet: ⁊ ego in illo. Sicud misit me uiuens pater: et ego
uiuo propter patrem. Et qui manducat me: ⁊ ipe uiuet propt me. Hic est panis: qui decelo descen
dit. Non sicud manducauerunt patres uestri manna: ⁊ mortui sunt. Qui manducat hunc panem
uiuet in eternum. Hec dixit in synagoga. Multi ergo audientes ex discipulis eius: dixerunt. Durus est
hic sermo: quis potest eum audire. Sciens autem ihus apud semetipsum: quia murmurarent de hoc discipli
eius: dixit eis. hoc uos scandalizat? Si ergo uideritis filium hominis ascendentem: ubi erat prius tuc
scietis quia ego sum. Spiritus est qui uiuificat: caro non prodest quicquam. Uerba que ego locutus sum
uobis: spiritus ⁊ uita sunt. Sed sunt quidam ex uob: qui non credunt. Sciebat enim ab initio ihus: qui
essent non credentes: ⁊ quis traditurus esset eum. Et dicebat. Propterea dixi uob: quia nemo potest uenire
ad me nisi fuerit ei datum a patre meo. Ex hoc multi discipulorum abierunt retro: ⁊ iam non cum illo a
bulabant. Dixit ergo ihus ad duodecim. Numquid ⁊ uos uultis abire? Respondit ei symon petrus. Do
mine ad quem ibimus? uerba uite habes: ⁊ nos credimus ⁊ cognouimus: quia tu es xpus filius dei. Re
spondit ei ihus. Nonne ego uos duodecim elegi? ⁊ ex uobis unus dyabolus est. Dicebat autem iudam
symonis scariothen. Hic enim erat traditurus eum: cum esset unus ex duodecim vij C

Post hec ambulabat ihus in galileam: non enim uolebat in iudeam ambulare: quia quere
bant eum iudei interficere. Erat autem in proximo dies festus iudeorum: sceno phegia. Dixerunt
autem fratres eius ad eum: transi hinc: ⁊ uade in iudeam ut ⁊ discipuli tui uideant opera tua que
facis. Nemo quippe in occulto aliquid facit: ⁊ querit ipe in palam ee. Si hec facis: manifesta te ipm
mundo: Neque enim fres eius: credebant in eum. Dicit eis ihus. Tempus meum non dum aduenit
tempus autem uestrum semp e paratum. Non potest mundus odisse uos: me autem odit
quia ego testimonium phibeo de illo. quia opera eius mala sunt. Uos ascendite ad diem festum hunc
ego non ascendo ad diem festum istum. Quia meum tempus non dum impletum est. Hec cum
dixisset: ipe mansit in galilea. Ut autem ascenderunt fratres eius: tunc ⁊ ipe ascendit ad diem
festum: non manifeste: sed quasi in occulto. Iudei go querebant eum in die festo: ⁊ dicebant. ubi e
ille? Et murmur multus de eo erat in turba. Quidam enim dicebant: quia bonus est. Alii aute
dicebant: non: sed seducit turbas. Nemo tamen palam loquebatur de illo: propter metum iude
orum. Iam autem die festo mediante: ascendit ihus in templum: ⁊ docebat. Et mirabantur iudei
dicentes. Quomodo hic litteras scit cum non didicerit? Respondit eis ihus ⁊ dixit. Mea doctrina
non est mea: sed eius qui misit me. Si quis uoluerit uoluntatem eius facere: cognoscet de doct
na utrum ex deo an a me ipso loquar. Qui a semetipso loquitur: gloriam propriam querit. Qui au
querit gloriam eius qui misit illum: hic uerax est ⁊ iniustitia in illo non est. Nonne moyses
dedit uob legem ⁊ nemo ex uob facit legem? Quid me queritis interficere. Respondit turba
⁊ dixit. Demonium habes quis te querit interficere. Respondit ihus: ⁊ dixit eis unum opus
feci: ⁊ omnes miramini. Propterea moyses dedit uob circumcisionem: non quia ex moyse est

ſed ex patribus: et ſabbato circumciditis hominem. Si circumciſionem accipit homo in ſabbato: ut non
ſolvatur lex moyſi: michi indignamini quia totum hominem ſanum feci in ſabbato. Nolite iu
dicare ſecundum faciem: ſed iuſtum iudicium iudicate. Dicebant ergo quidam ex iheroſolimitis. Non
ne hic eſt quem querunt interficere? Ecce palam loquitur et nichil ei dicunt. Numquid uere
cognouerunt principes. quia hic est xpiſtus: ſed hunc ſcimus unde ſit: xpiſtus autem cum uenerit ne
mo ſcit unde ſit. Clamabat ergo docens in templo ihesus: et dicens. Et me ſcitis et unde ſim ſcitis: et
a me ipſo non ueni: ſed est uerus qui miſit me: quem uos non ſcitis. Ego ſcio eum: quia ab ipſo ſum
et ipſe me miſit: querebant ergo eum apprehendere: et nemo miſit in illum manus: quia dum venerat non
hora eius. De turba autem multi crediderunt in eum? Et dicebant. xpiſtus cum uenerit: numquid
plura ſigna faciet. quam hic facit? Audierunt pharisei turbam murmurantem de illo hec. Et miſe
runt principes et pharisei miniſtros: ut apprehenderent eum. Dixit ergo ihesus: adhuc modi
cum tempus uobiscum ſum: et uado ad eum qui miſit me. Queritis me et non inuenietis. Et ubi ſum
ego: uos non poteſtis uenire. Dixerunt ergo iudei ad ſemetipſos. Quo hic iturus eſt: quia non inue
niemus eum. Numquid in diſperſionem gentium iturus est: et docturus gentes? quis eſt hic ſermo
quem dixit: queretis me et non inuenietis Et ubi ſum ego uos non poteſtis uenire? In nouiſ
ſimo autem die magno feſtiuitatis: ſtabat ihesus et clamabat dicens. Siquis ſitit: ueniat ad me
et bibat. Qui credit in me ſicud dicit ſcriptura: flumina de uentre eius fluent aque uiue hoc autem
dixit de ſpiritu: quem accepturi erant: credentes in eum. Non dum enim erat ſpiritus datus: quia ihesus
non dum fuerat glorificatus. Ex illa enim turba cum audiſſent hos ſermones eius: dicebant hic eſt uere
propheta. Alii dicebant hic eſt xpiſtus. Quidam autem dicebant. Numquid xpiſtus uenit. Nonne
ſcriptura dicit: quia ex ſemine dauid et de bethleem caſtello: ubi erat dauid uenit xpiſtus? Diſſenſio itaque
facta eſt in turba propter eum. Quidam autem ex ipſis uolebant apprehendere eum: ſed nemo miſit
ſuper illum manus. venerunt ergo miniſtri ad pontifices et ad phariseos et dixerunt eis illi. Quare non
adduxiſtis eum. Reſponderunt miniſtri. Numquam ſic locutus eſt homo: ſicud hic homo. Reſpon
derunt ergo eis pharisei. Numquid et uos ſeducti eſtis: Numquid aliquis ex principibus credidit in eum
aut ex phariſeis? ſed turba hec que non nouit legem: maledicti ſunt. Dicit nicodemus ad eos: ille
qui uenit ad eum nocte: qui unus erat ex ipſis. Numquid lex noſtra iudicat hominem: niſi audierit
ab ipſo prius: et cognouerit quid faciat? Reſponderunt et dixerunt ei. Numquid et tu galileus es
ſcrutare et uide: quia propheta a galilea non ſurgit. Et reuerſi ſunt uniſquiſque in domum ſuam viij
Ihesus autem perrexit in montem oliueti: et diluculo iterum uenit in templum: et omnis populus
uenit ad eum: et ſedens docebat eos. Adducunt autem ſcribe et pharisei in adulterio deprehen
ſam et ſtatuerunt eam in medio: et dixerunt ei. Magiſter: hec mulier modo deprehenſa eſt
in adulterio. In lege autem: moyſes mandauit nobis: huiuſmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? hec autem
dicebant temptantes eum: ut poſſent accuſare eum. Ihesus autem inclinans ſe deorſum: digito ſcri
bebat in terra. Cum autem perſeuerarent interrogantes: erexit ſe: et dixit eis. Qui ſine peccato eſt
ueſtrum: primus in illam lapidem mittat. Et iterum ſe inclinans: ſcribebat in terra. Audientes
autem unus poſt unum exiebant: incipientes a ſenioribus. Et remanſit ſolus: et mulier in me
dio ſtans. Erigens autem ſe ihesus: dixit ei. Mulier ubi ſunt qui te accuſabant? nemo te condempnauit
Que dixit nemo domine. Dixit autem ihesus: nec ego te condempnabo. uade et amplius iam noli
peccare. Iterum ergo locutus eſt eis ihesus dicens. Ego ſum lux mundi. Qui ſequitur me non ambulat
in tenebris: ſed habebit lucem uite. Dixerunt ergo pharisei. Tu de te ipſo teſtimonium perhibes. teſtimo
nium tuum non eſt uerum. Reſpondit ihesus et dixit eis. Et ſi ego teſtimonium perhibeo de me
ipſo: uerum eſt teſtimonium meum hic. Quia ſcio unde ueni: et quo uado uos autem neſcitis unde
uenio: aut quo uado. uos ſecundum carnem iudicatis: ego non iudico quemquam. Et ſi iudico
ego: iudicium meum uerum eſt. Quia ſolus non ſum: ſed ego: et qui miſit pater me. Et in lege
ueſtra ſcriptum est: quia duorum hominum teſtimonium uerum eſt. Ego ſum qui teſtimonium perhibeo de
me ipſo: et teſtimonium perhibet de me qui miſit me pater. Dicebant ergo: ubi eſt pater tuus Reſpondit
ihesus. Neque me ſcitis: neque patrem meum. Si me ſciretis: forſitan et patrem meum ſciretis. Hec
uerba locutus eſt in gazophilacio: docens in templo. Et nemo apprehendit eum: quia non dum ue
nerat hora eius. Dixit ergo iterum eis ihesus. Ego uado et queritis me: et in peccato ueſtro moriemini
Quo ego uado: uos non poteſtis uenire. Dicebant ergo iudei. Numquid interficiet ſemetipſum: quia dixit
ego uado uos non poteſtis uenire. Et dicebat eis. uos de deorſum eſtis: ego de ſupernis ſum. uos de mundo
hoc eſtis: ego non ſum de hoc mundo. Dixi ergo uobis quia moriemini in peccatis ueſtris. Si enim non
credideritis quia ego ſum: moriemini in peccato ueſtro. Dicebant ergo ei. Tu quis es? Dixit eis ihesus.
Principium: et qui loquor uobis. Multa habeo de uobis loqui et iudicare: ſed qui miſit me: uerax est. Et ego
que audiui ab eo: hec loquor in mundo. Et non cognouerunt quia patrem eius dicebat deum. Dixit

ergo eis ihus. Cum exaltaueritis filium hominis: tunc congnoscetis quia ego sum. Et a me ipso facio nichil
sed docuit me pater ita loquor. Et qui me misit mecum est ⁊ non reliquit me solum. Quia ego que placita
sunt ei: facio semper. Hec illo loquente multi crediderunt in eum. Dicebat ergo ihus ad eos: qui cre
diderunt ei iudeos. Si uos manseritis in sermone meo: uere discipuli mei eritis. Et congnoscetis ue
ritatem: ⁊ ueritas liberabit uos. Responderunt ei. Semen abrahe sumus: ⁊ nemini seruiuimus un
quam. Quomodo tu dicis liberi eritis. Respondit eis ihus. Amen amen dico uob. Quia omnis qui
facit peccatum: seruus est peccati. Seruus autem non manet in domo in eternum: filius manet in
eternum. Si ergo filius uos liberauerit: uere liberi eritis. Scio quia filii abrahe estis: sed queritis me in
terficere: quia sermo meus non capit in uobis. Ego quod uidi apud patrem loquor: ⁊ uos que uidistis
apud patrem uestrum facitis. Responderunt ⁊ dixerunt ei. Pater noster abraham. Dicit eis ihus. Si
filii abrahe estis: opera abrahe facite. Nunc autem queritis me interficere hominem qui ueritatem
uobis locutus: quam audiui a deo. Hoc abraham non fecit: uos facitis opera patris uestri. Dixerunt
itaque ei. Nos ex fornicatione non sumus nati: unum patrem habemus deum. Dixit ergo eis ihus. Si
deus pater uester esset: diligeretis utique me. Ego enim ex deo processi ⁊ ueni. Neque enim a me ipso
ueni: sed ille me misit. Quare loquelam meam non congnoscitis? quia non potestis audire ser
monem meum: uos ex patre dyabulo estis: ⁊ desideria patris uestri uultis facere: ille homicida
erat ab inicio ⁊ in ueritate non stetit: quia non est ueritas in eo. Cum loquitur mendacium: ex pro
priis loquitur quia mendax est ⁊ pater eius. Ego autem quia ueritatem dico non creditis michi
Quis ex uob arguit me de peccato? si ueritatem dico: quare uos non creditis michi. Qui est ex deo
uerba dei audit. Propterea uos non auditis: quia ex deo non estis. Responderunt ergo iudei. Nonne
bene dicimus nos quia samaritanus es tu: ⁊ demonium hes. Respondit ihus. Ego demonium non heo
sed honorifico patrem meum: ⁊ uos inhonorastis me. Ego autem non quero gloriam meam: ⁊ qui
querat ⁊ iudicet. Amen amen dico uob sermonem meum siquis seruauerit mortem non uidebit
in eternum. Dixerunt ergo iudei. Nunc congnouimus quia demonium habes. Abraham mortuus
est ⁊ prophete: ⁊ tu dicis siquis sermonem meum seruauerit: non gustabit mortem in eternum
Dixerunt ergo iudei. Nunc congnouimus quia demonium hes. Numquid tu maior es patre
nro abraham qui mortuus est? ⁊ prophete mortui sunt quem te ipsum facis. Respondit ihus si
ego glorifico me ipsum: gloria mea nichil est. Est pater meus qui glorificat me: quem uos quia deus
noster est dicitis. Et non congnouistis eum: ego aute noui eum. Et si dixero quia non scio eum: ero
similis uob mendax: sed scio eum ⁊ sermonem eius seruo. Abraham pater uester: exultauit ut ui
deret diem meum: ⁊ uidit: ⁊ gauisus est. Dixerunt ergo iudei ad eum. Quinquaginta annos non
dum hes: ⁊ abraham uidisti. Dixit eis ihus. Amen amen dico uob antequam abraham fieret: ego
sum. Tulerunt ergo lapides in eum. Ihus autem abscondit se ⁊ exiuit de templo. viiij

Et preteriens uidit hominem cecum a natiuitate: ⁊ interrogauerunt eum discipuli sui
Rabbi: quis peccauit. hic aut parentes eius. ut cecus nasceretur. Respondit ihus. Neque
hic peccauit neque parentes eius. sed ut manifestentur opera dei in illo. Me oportet opera
ri opera eius qui misit me. donec dies est. uenit nox quando nemo potest operari. Quamdiu in
mundo sum: lux sum mundi. Hec cum dixisset: expuit in terram ⁊ fecit lutum ex sputo. ⁊ li
niuit lutum super oculos eius: ⁊ dixit ei. uade laua in natatoria siloe: quod interpretatur mis
sus. Abiit ergo ⁊ lauit ⁊ uenit uidens. Itaque uicini ⁊ qui uidebant eum prius: quia mendicus
dicebant. Nonne hic est qui sedebat ⁊ mendicabat? alii dicebant quia hic est: alii autem: ne
quaquam: sed similis est eius. Ille uero dicebat: quia ego sum. Dicebant ergo ei. Quomodo
aperti sunt tibi oculi tui. Respondit. Ille homo qui dicitur ihus: lutum fecit ⁊ unxit oculos me
os: ⁊ dixit michi. uade ad natatoriam siloe: ⁊ laua. Et abiui laui: ⁊ laui: ⁊ uidi. Et dixerunt
ei. ubi est ille? Ait: nescio. Adducunt eum ad phariseos: qui cecus fuerat. Erat autem sa
batum: quando lutum fecit ihus: aperuit oculos eius. Iterum ergo interrogabant eum pha
risei: quomodo uidisset. Ille autem: dixit eis lutum posuit michi super oculos: ⁊ laui ⁊ uideo.
Dicebant ergo ex phariseis quidam. Non est hic homo a deo: qui sabbatum non custodit
Alii autem dicebant. Quomodo potest homo peccator hec signa facere: ⁊ scisma erat in eis
Dicunt ergo ceco iterum. Tu quid dicis de eo qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit
quia propheta est. Non crediderunt ergo de illo iudei: quia cecus fuisset ⁊ uidisset: donec uo
cauerunt parentes eius qui uiderat. Et interrogauerunt eos dicentes. Hic est filius uester
quem uos dicitis quia cecus natus est: quomodo ergo nunc uidet. Responderunt eis parentes
eius: ⁊ dixerunt. Scimus quia hic est filius noster: et quia cecus natus est: quomodo autem
uideat nescimus: aut quis eius aperuit oculos nos nescimus. Ipsum interrogate etatem habet
ipse de se loquatur. Hec dixerunt parentes eius quia timebant iudeos. Iam enim conspirauerant

uerant iudei: ut siquis eum profiteretur xpm extra synagogam fieret. Propterea parentes eius dixe
runt quia etatem habet: ipsum interrogate. Vocauerunt ergo rursum hominem qui fuerat cecus: et dixer
ei. Da gloriam deo: nos scimus: quia hic homo peccator est. Dixit ergo ille. Si peccator est nes
cio: unum scio: quia cecus cum essem: modo video. Dixerunt ergo illi. Quid fecit tibi quomodo ape
ruit tibi oculos? Respondit eis. Dixi uobis et audistis iam: quid iterum uultis audire? Numquid et
uos uultis discipuli eius fieri? Maledixerunt ei: et dixerunt Tu discipulus eius sis. nos autem mo
ysi discipuli sumus. Nos scimus quia moysi locutus est deus hunc autem nescimus unde sit. Respon
dit ille homo et dixit eis. In hoc enim mirabile est: quia uos nescitis unde sit: et aperuit oculos meos
Scimus autem: quia deus peccatores non audit. Sed siquis dei cultor est et uoluntatem eius facit: hunc
exaudit. A seculo non est auditum: quia quis oculos ceci nati. nisi xpus filius dei. Nisi esset hic a deo
non poterat quicquam. Responderunt: et dixerunt ei In peccatis natus es totus: et tu doces nos? Et
eiecerunt eum foras. Audiuit ihesus quia eiecerunt eum foras. Et cum inuenisset eum: dixit ei. Tu
credis in filium dei? Respondit ille et dixit. Quis est domine ut credam in eum? Et dixit ei ihesus. Et
uidisti eum. et qui loquitur tecum ipse est. At ille ait. Credo domine: et procidens adorauit eum. Dixit
ei ihesus. In iudicium ego in hunc mundum ueni: ut qui non uident uideant: et qui uident ceci fiant. Et
audierunt ex phariseis qui cum ipso erant: et dixerunt ei. Numquid et nos ceci sumus? Dixit eis xl
ihesus. Si ceci essetis non haberetis peccatum. Nunc uero dicitis quia uidemus peccatum uestrum manet.
Amen amen dico uobis. Qui non intrat per hostium in ouile ouium sed ascendit aliunde: ille
fur est et latro. Qui autem intrat per hostium: pastor est ouium. Huic hostiarius aperit:
et oues uocem eius audiunt. Et proprias oues uocat nominatim: et educit eas. Et
cum proprias oues emiserit: ante eas uadit: et oues illum secuntur: quia sciunt uocem eius
Alienum autem non secuntur: sed fugiunt ab eo: quia non nouerunt uocem alienorum. Hoc
prouerbium dixit eis ihesus. Illi autem non cognouerunt quid loqueretur eis. Dixit ergo eis
iterum ihesus. Amen amen dico uobis: quia ego sum ostium ouium. Omnes quotquot uenerunt
fures sunt et latrones: sed non audierunt eos oues. Ego sum ostium. Per me siquis introierit
saluabitur: et ingredietur et egredietur et pascua inueniet. Fur non uenit nisi ut furetur: et
mactet: et perdat. Ego ueni ut uitam habeant: et habundantius habeant. Ego sum pastor bonus
Bonus pastor: animam suam dat pro ouibus. Mercenarius et qui non est pastor: cuius non sunt
oues proprie: uidet lupum uenientem: et dimittit oues et fugit. Et lupus rapit: et dispergit oues
Mercenarius fugit autem: quia mercenarius est: et non pertinet ad eum de ouibus. Ego sum pastor
bonus: et cognosco meas: et cognoscunt me mee. Sicut nouit me pater: et ego cognosco pa
trem: et animam meam pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo: que non sunt ex hoc ouili
et illas oportet me adducere: et uocem meam audient. Et fiet unum ouile: et unus pastor. Prop
terea me pater diligit: quia ego pono animam meam: ut iterum sumam eam. Nemo tollit eam
a me: sed ego pono eam a me ipso Potestatem habeo ponendi eam: et potestatem habeo iterum su
mendi eam. Hoc mandatum accepi a patre meo. Dissensio iterum facta est inter iudeos propter ser
sermones hos. Dicebant autem multi ex ipsis: demonium habet et insanit. quid eum auditis? Alii dice
bant hec uerba non sunt demonium habentis. Numquid cecorum demonium potest oculos aperire
Facta sunt autem encenia in ierosolimis et hyemps erat. Et ambulabat ihesus in templo in porticu
salemonis. Circumdederunt ergo eum iudei et dicebant ei. Quousque animam nostram tollis? Si tu
es xpus dic nobis palam. Respondit eis ihesus. loquor uobis: et non creditis. Opera que ego facio in no
mine patris mei hec testimonium perhibent de me. Sed uos non creditis: quia non estis ex ouibus me
is. Oues mee uocem meam audiunt: et ego cognosco eas: et secuntur me. Et ego uitam eternam
do eis: et non peribunt in eternum: et non rapiet eas quisquam de manu mea. Pater meus quod dedit
michi maius omnibus est: et nemo potest rapere de manu patris mei. Ego et pater unum sumus.
Sustulerunt lapides iudei: ut lapidarent eum. Respondit eis ihesus. Multa opera bona ostendi uobis
ex patre meo: propter quod eorum opus me lapidatis? Responderunt ei iudei. De bono opere non
lapidamus te: sed blasphemia. Et quia tu homo cum sis: facis te deum. Respondit eis ihesus. Nonne
scriptum est in lege uestra: quia ego dixi dii estis? Si illos dixit deos ad quos sermo dei factus est: et non
potest solui scriptura. Quem pater sanctificauit: et misit in mundum et uos dicitis quia blasphemas
quia dixi filius dei sum? Si non facio opera patris mei: nolite credere michi. Si autem facio: et si michi
non uultis credere: operibus credite. Ut cognoscatis et credatis quia in me est pater: et ego in patre. Que
rebant ergo eum apprehendere: et exiuit de manibus eorum. Et abiit iterum trans iordanem in eum locum
ubi erat iohannes baptizans primum: et mansit illic. Et multi uenerunt ad eum: et dicebant.
Quia iohannes quidem signum fecit nullum: omnia autem quecumque dixit iohannes de hoc uera erant.
+ C. ii. Et multi crediderunt in eum. Erat quidam languens lazarus a bethania: de castello marie: et marthe

sororis eius. Maria autem erat que unxit dominum unguento: et extersit pedes eius capillis suis: cuius
frater lazarus infirmabatur. Miserunt ergo sorores eius ad eum dicentes. Domine ecce quem amas
infirmatur. Audiens autem ihesus: dixit eis. Infirmitas hec: non est ad mortem sed pro gloria dei: ut glorificetur
filius dei per eam. Diligebat autem ihesus martham: et sororem eius mariam et lazarum. Ut ergo audiuit
quia infirmabatur: tunc quidem mansit in eodem loco: duobus diebus. Deinde post hec: dicit discipulis
suis. Eamus in iudeam iterum. Dicunt ei discipuli. Rabbi nunc querebant te iudei lapidare. Et ite-
rum vadis illuc? Respondit ihesus. Nonne duodecim hore sunt diei? Si quis ambulauerit in die non of-
fendit: quia lucem huius mundi uidet. Si autem ambulauerit nocte offendit: quia lux non est in eo. Hec
autem et post hec dicit eis. Lazarus amicus noster dormit: sed uado ut a sompno excitem eum. Dixerunt
ergo discipuli eius. Domine: si dormit saluus erit. Dixerat autem ihesus de morte eius: illi autem putaue-
runt: quia de dormitione sompni diceret. Tunc ergo: dixit eis ihesus manifeste. Lazarus mortuus est. Et
gaudeo propter uos: ut credatis quoniam non eram ibi: sed eamus ad eum. Dixit ergo thomas qui dicitur
didimus. ad condiscipulos eamus et nos: ut moriamur cum eo. Venit itaque ihesus: et inuenit eum quatuor
dies iam in monumento habentem. Erat autem bethania iuxta ierosolimam quasi stadiis quindecim
Multi autem ex iudeis uenerant ad martham et mariam: ut consolarentur eas de fratre suo. Martha ergo
ut audiuit quia ihesus uenit: occurrit illi. Maria autem domi sedebat. Dixit ergo martha ad ihesum. Domine
si fuisses hic: frater meus non fuisset mortuus. Sed et nunc scio: quia quecumque poposceris a deo:
dabit tibi deus. Dicit illi ihesus. Resurget frater tuus. Dicit ei martha. Scio: quia resurget in resur-
rectione in nouissimo die. Dixit ei ihesus. Ego sum resurrectio et uita: qui credit in me etiam si mortuus
fuerit uiuet. Et omnis qui uiuit et credit in me: non morietur in eternum. Credis hoc? ait illi utique
domine: ego credidi quia tu es christus filius dei: qui in hunc mundum uenisti. Et cum hec dixisset: abiit
et uocauit mariam sororem suam: silentio dicens. Magister adest et uocat te. Illa ut audiuit: surgit
cito: et uenit ad eum. Nondum enim uenerat ihesus in castellum: sed erat adhuc in illo loco
ubi occurrat ei martha. Iudei igitur qui erant cum ea in domo: et consolabantur eam. Cum ergo ui-
dissent mariam quia cito surrexit et exiit: secuti sunt eam dicentes. Quia uadit ad monumentum ut
ploret ibi. Maria ergo cum uenisset ubi erat ihesus: uidens eum cecidit ad pedes eius: et dixit ei. Domine:
si fuisses hic: non esset mortuus frater meus. Ihesus ergo ut uidit eam plorantem: et iudeos qui uenerant cum ea
plorantes: fremuit spiritu: et turbauit se ipsum et dixit: ubi posuistis eum? Dicunt ei. Domine. ueni et uide et la-
crimatus est ihesus. Dixerunt ergo iudei. Ecce: quomodo amabat eum. Quidam autem: dixerunt ex ipsis
Non poterat hic qui aperuit oculos ceci: facere ut hic non moreretur. Ihesus ergo rursum fremens in se-
metipso: uenit ad monumentum. Erat autem spelunca: et lapis superpositus erat ei. Ait ihesus. Tollite
lapidem. Dixit ei martha soror eius qui mortuus fuerat. Domine iam fetet: quatriduanus enim est. Dicit
ei ihesus. Nonne dixi tibi: quoniam si credideris uidebis gloriam dei? Tulerunt ergo lapidem. Ihesus autem
eleuans sursum oculos: dixit. Pater gratias ago tibi: quoniam audisti me. Ego autem sciebam: quia semper
me audis. Sed propter populum qui circumstat dixi: ut credant quia tu me misisti. Hec cum dixisset
uoce magna clamauit. Lazare: ueni foras. Et statim prodiit qui fuerat mortuus: ligatus pedes et manus
institis. Et facies illius: sudario erat ligata. Dixit eis ihesus. Soluite eum: et sinite abire. Multi ergo
ex iudeis qui uenerant ad mariam et uiderant que fecit: crediderunt in eum. Quidam autem ex
ipsis abierunt ad phariseos: et dixerunt eis que fecit ihesus. Collegerunt ergo pontifices et pharisei
concilium: et dicebant. Quid facimus: quia hic homo multa signa facit. Si dimittimus eum sic
omnes credent in eum. Et uenient romani et tollent nostrum locum: et locum et gentem. Unus
autem ex ipsis caiphas cum esset pontifex anni illius: dixit eis. Uos nescitis quicquam nec cogitatis quia
expedit nobis ut unus moriatur homo pro populo: et non tota gens pereat. Hec autem a se ipso non
dixit: sed cum esset pontifex anni illius: prophetauit: quia ihesus moriturus erat pro gente et non tantum
pro gente: sed ut et filios dei qui erant dispersi: congregaret in unum. Ab illo ergo die cogitauerunt ut in-
terficerent eum. Ihesus ergo iam non in palam ambulabat apud iudeos: sed abiit in regionem iuxta deser-
tum: in ciuitatem que dicitur effrem. Et ibi morabatur cum discipulis suis. Proximum autem erat
erat pascha iudeorum. Et ascenderunt multi ierosolimam de regione ante pascha: ut sanctifi-
carent se ipsos. Querebant ergo ihesum: et eo loquebantur ad inuicem in templo stantes. Quid putatis
quia non ueniet ad diem festum. Dederant autem pontifices et pharisei mandatum: ut si quis
cognouerit ubi sit indicet ut apprehendant eum. xi.

Ihesus ergo ante sex dies pasche: uenit bethaniam: ubi fuerat lazarus mortuus: quem suscita- c. 12.
uit ihesus. Fecerunt autem ei cenam ibi: et martha ministrabat. Lazarus uero: unus erat
ex discumbentibus cum eo. Maria ergo accepit libram unguenti nardi pistici preciosi: et unxit pe-
des ihesu: et extersit capillis suis pedes ihesu: et domus impleta est: ex odore unguenti. Dicit ergo u-
nus ex discipulis eius iudas scariothis: qui erat eum traditurus. Quare hoc unguentum non ue-

dit trecentis denariis: ⁊ datum est egenis? Dixit autem hoc. Non quia de egenis pertinebat ad eum: sed
quia fur erat: ⁊ loculos habens: ea que mittebantur portabat. Dixit ergo ihesus. Sine illam: ut in die se
pulture mee seruet illud. Pauperes enim semper habetis uobiscum: me autem non semper habetis. Cognouit
ergo turba multa ex iudeis quia illic est: ⁊ uenerunt non propter ihesum tantum: sed ut lazarum uiderent
quem suscitauit a mortuis. Cogitauerunt autem principes sacerdotum: ut ⁊ lazarum interficerent. Quia
multi propter illum abibant ex iudeis ⁊ credebant in ihesum. In crastinum autem turba multa que uenerat
ad diem festum: cum audissent quia uenit ihesus iherosolimam: acceperunt ramos palmarum ⁊ proces
serunt obuiam ei: ⁊ clamabant osanna: benedictus qui uenit in nomine domini rex israhel. Et in
uenit ihesus asellum: ⁊ sedit super eum: sicut scriptum est. Noli timere filia syon: ecce rex tuus uenit
sedens super pullum asine. hec non cognouerunt discipuli eius primum. sed quando glorificatus
est ihesus. Tunc recordati sunt quia hec erant scripta de eo: ⁊ hec fecerunt ei. Testimonium ergo
perhibebat turba: que erant cum eo quando lazarum uocauit de monumento: ⁊ suscitauit eum
a mortuis. Propterea ⁊ obuiam uenit ei turba: quia audierunt hoc eum fecisse signum. Phari
sei ergo dixerunt ad semetipsos. uidetis quia nichil proficimus? Ecce mundus totus post eum abiit.
Erant autem gentiles quidam ex his qui ascenderant ut adorarent in die festo. Hii ergo accesserunt
ad philippum: qui erat a bethsaida galilee ⁊ rogabant eum dicentes. Domine: uolumus ihesum uidere.
Uenit philippus: ⁊ dicit andree. Andreas rursum ⁊ philippus: dixerunt ihesu. Ihesus autem: respondit eis
dicens. uenit hora ut clarificetur filius hominis. Amen dico uobis. Nisi granum frumenti cadens in ter
ram mortuum fuerit: ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit: multum fructum affert.
Qui amat animam suam perdet eam. Et qui odit animam suam in hoc mundo in uitam eternam.
custodit eam. Siquis michi ministrat: me sequatur. Et ubi sum ego: illic ⁊ minister meus erit.
Siquis michi ministrauerit: honorificabit eum pater meus qui est in celis. Nunc anima mea tur
bata est: ⁊ quid dicam. Pater saluifica me ex hora hac. Sed propterea ueni in horam hanc. pater
clarifica nomen tuum. uenit ergo uox de celo: ⁊ clarificaui: ⁊ iterum clarificabo. Turba ergo que sta
bat ⁊ audierat: dicebat tonitruum factum esse. Alii dicebant: angelus ei locutus est. Respon
dit ihesus ⁊ dixit. Non propter me uox hec uenit: sed propter uos. Nunc iudicium est mun
di: nunc princeps huius mundi eicietur foras. Et ego si exaltatus fuero a terra omnia traham
ad me ipsum. hoc autem dicebat: significans qua morte esset moriturus. Respondit ei turba. Nos
audiuimus ex lege: quia christus manet in eternum. Et quomodo tu dicis oportet filium hominis
exaltari. Quis est iste filius hominis? Dixit ergo eis ihesus. Adhuc modicum lumen in uobis
est. Ambulate dum lucem habetis: ut non tenebre uos comprehendant. Et qui ambulat in tene
bris: nescit quo uadit. Dum lucem habetis credite in lucem: ⁊ filii lucis sitis. Hec locutus est ihesus
⁊ abiit ⁊ abscondit se ab eis. Cum autem tanta signa fecisset coram eis: non credebant in eum.
ut sermo ysaye prophete impleretur quem dixit. Domine quis credidit auditui nostro? ⁊ brachium
domini cui reuelatum est. Propterea non poterant credere: quia iterum dixit ysaias. Excecauit
oculos eorum: ⁊ indurauit eorum cor ut non uideant oculis: ⁊ intelligant corde: ⁊ conuertantur
⁊ sanem eos. Hec dixit ysaias: quando uidit gloriam eius: ⁊ locutus est de eo. uerumtamen: ⁊ ex
principibus multi crediderunt in eum: sed propter phariseos non confitebantur ut de synagoga
non eicerentur. Dilexerunt enim gloriam hominum: magis quam dei. Ihesus clamauit ⁊ dixit
Qui credit in me: non credit in me: sed in eum qui me misit. Et qui uidet me: uidet eum qui me
misit. Ego lux in mundum ueni: ut omnis qui credit in me: in tenebris non maneat. Et siquis
audierit uerba mea: ⁊ non custodierit ego non iudico eum. Non enim ueni ut iudicem mun
dum: sed ut saluificem mundum. Qui spernit me ⁊ non accipit uerba mea habet qui iudicet eum
Sermo quem locutus sum: ille iudicabit eum in nouissimo die. Quia ego ex me ipso non sum
locutus: sed qui misit me pater. Ipse michi mandatum dedit: quid dicam: ⁊ quid loquar. Et scio
quia mandatum eius: uita eterna est. Que ergo ego loquor: sicut dixit michi pater sic loquor. xij q
C. 13. Ante diem festum pasche sciens ihesus quia uenit hora eius ut transeat ex hoc mundo
ad patrem cum dilexisset suos qui erant in mundo in finem dilexit eos. Et cena facta
cum diabolus misisset in cor: ut traderet eum iudas symonis scharioth. Sciens quia
omnia dedit ei pater in manus: ⁊ quia a deo exiuit: ⁊ ad deum uadit. surgit a cena: ⁊ ponit
uestimenta sua. Et cum accepisset linteum ⁊ precinxit. Deinde misit aquam in peluim: ⁊ ce
pit lauare pedes discipulorum: ⁊ extergere linteo quo erat precinctus. uenit ergo ad symo
nem petrum: ⁊ dicit ei petrus. Domine: tu michi lauas pedes? Respondit ihesus ⁊ dixit ei
Quod ego facio tu nescis modo scies autem postea. Dicit ei petrus non lauabis michi pedes
in eternum. Respondit ei ihesus. Et si non lauero te: non habebis partem mecum. Dicit ei
symon petrus. Domine: non tantum pedes meos: sed ⁊ manus ⁊ caput. Dicit ei ihesus. qui lotus

est non indiget nisi ut pedes lavet: sed est mundus totus. Et vos mundi estis: sed non omnes
Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum propterea dixit non estis mundi omnes. Postquam
lavit pedes eorum accepit vestimenta sua: et cum recubuisset iterum dixit eis. Scitis quid fecerim
vobis. vos vocatis me magister et domine: et benedicitis: sum etenim. Si ergo lavi ego pedes vestros
dominus et magister: et vos debetis alter alterius lavare pedes. Exemplum enim dedi vobis: ut quem-
admodum ego feci vobis ita et vos faciatis. Amen amen dico vobis non est servus maior domino suo
neque apostolus maior illo qui misit illum Si hec scitis beati eritis: si feceritis ea. Non de omnibus
vobis dico: ego scio quos elegerim Sed ut adimpleatur scriptura. Qui manducat mecum panem
levabit contra me calcaneum suum Amodo dico vobis priusquam fiat: ut credatis cum factum fu-
erit quia ego sum Amen amen dico vobis: qui accipit siquem misero me accipit. Qui autem me ac-
cipit: accipit eum qui me misit. Cum hec dixisset ihesus: turbatus est spiritu: et protestatus est et
dixit. Amen amen dico vobis quia unus ex vobis tradet me. Aspiciebant ergo ad invicem discipuli
hesitantes de quo diceret. Erat ergo recumbens unus ex discipulis eius in sinu ihesu: quem diligebat
ihesus. Innuit ergo huic symon petrus et dicit ei. Quis est de quo dicit. Itaque cum recubuisset ille sup-
pectus ihesu: dicit ei. Domine: quis est? Respondit ihesus. Ille est cui ego intinctum panem por-
rexero. Et cum intinxisset panem: dedit symoni scharioths. Et post buccellam: tunc introi-
vit in eum sathanas. Et dicit ei ihesus. Quod facis fac cicius. Hoc autem nemo scivit dis-
cumbentium ad quid dixerit ei. Quidam enim putabant: quia loculos habebat iudas
quia dicit ihesus. Eme ea que opus sunt nobis ad diem festum: aut egenis ut aliquid daret. Cum
ergo accepisset ille buccellam exivit continuo: erat autem nox. Cum ergo exisset: dicit ei ihesus
Nunc clarificatus filius est hominis: et deus clarificatus est in eo. Si deus clarificatus est in eo
et clarificabit eum filioli adhuc modicum vobiscum sum: queretis me et sicut dixi iudeis. quo ego
vado vos non potestis venire. Et vobis dico modo: mandatum novum do vobis ut diligatis in-
vicem sicut et vos dilexi: ut et vos diligatis invicem In hoc cognoscent omnes quia mei dis-
cipuli estis: si dilectionem habueritis ad invicem. Dicit ei symon petrus. Domine quo vadis? Re-
spondit ihesus. Quo ego vado non potes me modo sequi. Sequeris autem me postea. Dicit ei pe-
trus. Quare non possum te sequi modo? animam meam pro te ponam. Respondit ihesus. Ani-
mam tuam pro me pones. Amen amen dico tibi: Non cantabit gallus donec me ter neges xiiij C. 14.
Et ait discipulis suis. Non turbetur cor vestrum. Creditis in deum et in me credite. In domo
patris mei mansiones multe sunt. Si quo minus dixissem vobis: quia vado vobis parare
locum. iterum venio et accipiam vos ad me ipsum: ut ubi sum ego: et vos sitis. Et quo ego
vado scitis: et viam scitis. Dicit ei thomas. Domine: nescimus quo vadis: et quomodo possumus
viam scire. Dicit ei ihesus. Ego sum via veritas et vita. Nemo venit ad patrem nisi per me.
Si cognovissetis me et patrem meum utique cognovissetis: et amodo cognoscetis eum
et vidistis eum. Dicit ei philippus. Domine ostende nobis patrem: et sufficit nobis. Dicit ei ihesus
Tanto tempore vobiscum sum: et non cognovistis me? philippe qui videt me videt et patrem
Quomodo tu dicis ostende nobis patrem. Non creditis quia ego in patre et pater in me est
verba que ego loquor vobis: a me ipso loquor non. Pater autem in me manens ipse facit opera:
Non creditis quia ego in patre et pater in me est? Alioquin propter opera ipsa credite. Amen
amen dico vobis: qui credit in me opera que ego facio et ipse faciet et maiora horum faciet quia
ego ad patrem vado. Et quodcumque pecieritis in nomine meo hoc faciam: ut glorificetur
pater in filio. Si quid pecieritis a me in nomine meo hoc faciam Si diligitis me mandata
mea servate. Et ego patrem rogabo et alium paraclitum dabit vobis ut maneat vobiscum in eternum
Spiritum veritatis quem mundus accipere non potest: quia non videt eum nec scit eum. Vos autem
cognoscetis eum: quia apud vos manebit. et in vobis erit. Non relinquam vos orphanos
veniam ad vos. Adhuc modicum et mundus me iam non videt. vos autem videtis me: quia ego
vivo et vos vivetis. In illo die vos cognoscetis: quia ego sum in patre meo: et vos in me et ego in
in vobis. Qui habet mandata mea et servat ea: ille est qui diligit me. Qui autem diligit me
diligetur a patre meo. Et ego diligam eum: et manifestabo ei me ipsum. Dicit ei iudas non
ille scharioths. Domine quid factum est quia nobis manifestaturus es te ipsum: et non mundo
Respondit ihesus et dixit ei. Si quis diligit me sermonem meum servabit: et pater meus dilig-
et eum. Et ad eum veniemus: et mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me: sermones
meos non servat. Et sermo quem audistis non est meus: sed eius qui misit me patris. Hec
locutus sum vobis apud vos manens. Paraclitus autem spiritus sanctus quem mittet pater in nomi-
ne meo ille vos docebit omnia: et suggeret vobis omnia quecumque dixero vobis. Pacem relinquo
vobis pacem meam do vobis. Non quomodo mundus dat: ego do vobis Non turbetur cor vestrum:

neque formidet. Audistis quia ego dixi vobis: vado et venio ad vos. Si diligeretis me gauderetis utique: quia
vado ad patrem: quia pater maior me est. Et nunc dixi vobis priusquam fiat: ut cum factum fuerit
credatis. Iam non multa loquar vobiscum. Venit enim princeps huius mundi et in me non habet quicquam
sed ut cognoscat mundus: quia diligo patrem et sicut mandatum dedit michi pater sic facio. Surgite
eamus hinc. xxiii

C. 15. Ego sum vitis vera: et pater meus agricola est. Omnem palmitem in me non ferentem fructum
tollet eum: et omnem qui fert fructum purgabit eum ut fructum plus afferat. Iam vos mundi
estis: propter sermonem quem locutus sum vobis. Manete in me: et ego in vobis. Sicut pal
mes non potest ferre fructum a semetipso nisi manserit in vite: sic nec vos nisi in me manseritis. Ego
sum vitis: vos palmites. Qui manet in me et ego in eo hic fert fructum multum: quia sine me non po
testis facere. Si quis in me non manserit mittetur foras sicut palmes et arescit: et colligent eum: et in
ignem mittent et ardet. Si manseritis in me: et verba mea in vobis manserint: quodcumque petitis volu
eritis et fiet vobis. In hoc glorificatus est pater meus ut fructum plurimum afferatis: efficiamini
et discipuli mei. Sicut dilexit me pater: et ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si precepta mea
servaveritis manebitis in dilectione mea: sicut et patris mei precepta servavi: et maneo in eius dilec
tione. Hec locutus sum vobis ut gaudium meum in vobis sit: et gaudium vestrum impleatur. Hoc est
preceptum meum ut diligatis invicem: sicut dilexi vos. Maiorem hanc dilectionem nemo habet ut ani
mam suam quis ponat pro amicis suis. Vos amici mei estis: si feceritis que ego precipio vobis. Iam non
dico vos servos: quia servus nescit quid faciat dominus eius. Vos autem dixi amicos: quia omnia que
cumque audivi a patre meo: nota feci vobis. Non vos me elegistis sed ego elegi vos: posui vos: ut eatis et
fructum afferatis: et fructus vester maneat: ut quodcumque pecieritis patrem in nomine meo: det vobis.
Hec mando vobis: ut diligatis invicem. Si mundus vos odit: scitote quia me priorem vobis odio habuit.
Si de mundo fuissetis mundus quod suum erat diligeret. Quia vero de mundo non estis: sed ego elegi vos
de mundo. Propterea odit vos mundus. Mementote sermonis mei: quem ego dixi vobis: non est servus
maior domino suo. Si me persecuti sunt: et vos persequentur. Si sermonem meum servaverint: et vestrum
servabunt. Sed hec omnia facient vobis propter nomen meum quia nesciunt eum qui misit me. Si non
venissem et locutus fuissem eis peccatum non haberent. Nunc autem excusationem non habent de peccato suo.
Qui me odit: et patrem meum odit. Si opera non fecissem in eis que nemo alius fecit: peccatum non
haberent. Nunc autem: et viderunt et oderunt: et me: et patrem meum. Sed ut impleatur sermo qui
in lege eorum scriptus est. Quia odio habuerunt me gratis. Cum autem venerit paraclitus quem ego
mittam vobis: a patre spiritum veritatis qui a patre procedit ille testimonium perhibebit de me. Et vos testimo
nium perhibetis: quia ab initio mecum estis. xv

C. 16. Hec locutus sum vobis ut non scandalizemini. Absque synagogis facient vos. Sed venit hora: et
omnis qui interficit vos arbitretur obsequium se prestare deo. Et hec facient vobis: quia non
noverunt patrem neque me. Sed hec locutus sum vobis ut cum venerit hora eorum reminiscamini quia ego
dixi vobis. Hec autem vobis ab initio non dixi vobis: quia vobiscum eram: at nunc vado ad eum qui
me misit: et nemo ex vobis interrogat me quo vadis. Sed quia hec locutus sum vobis tristicia im
plevit cor vestrum. Sed ego veritatem dico vobis: expedit vobis ut ego vadam. Si enim non abiero
paraclitus non veniet ad vos. Si autem abiero mittam eum ad vos. Et cum venerit: ille arguet
mundum de peccato et de iusticia et de iudicio. De peccato quia non crediderunt in me. De iusticia vero quia
ad patrem vado et iam non videtis me. De iudicio autem quia princeps mundi huius iudicatus est.
Adhuc multa habeo vobis dicere. Sed non potestis potestis portare modo. Cum autem venerit ille spiritus
veritatis: docebit vos omnem veritatem. Non enim loquetur a semetipso. Sed quecumque audiet loquetur.
Et que ventura sunt annunciabit vobis. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet: et annunciabit vobis.
Omnia quecumque habet pater mea sunt: propterea dixi quia de meo accipiet et annunciabit vobis. Modicum
et iam non videbitis me et iterum modicum et videbitis me: quia vado ad patrem. Dixerunt ergo ex discipulis
eius ad invicem. Quid est hoc quod dicit nobis modicum et non videbitis me: et iterum modicum et vide
bitis me: quia vado ad patrem. Dicebant ergo. Quid est quod dicit modicum: nescimus quid loquitur.
Cognovit autem Ihesus quia volebant eum interrogare: et dixit eis. De hoc queritis inter vos
quia dixi modicum et non videbitis me: et iterum modicum et videbitis me. Amen amen dico vobis
quia plorabitis et flebitis vos: mundus autem gaudebit. Vos autem contristabimini sed tristicia
vestra vertetur in gaudium. Mulier cum parit tristiciam habet: quia venit hora eius. Cum autem
peperit puerum iam non meminit pressure: propter gaudium quia natus est homo in mundum.
Et vos igitur: quidem nunc tristiciam habetis. Iterum autem videbo vos: et gaudebit cor vestrum
et gaudium vestrum nemo tollet a vobis. Et in illo die me non rogabitis. Amen amen dico vobis
si quid pecieritis patrem in nomine meo: dabit vobis. Usque modo non petistis quicquam in nomine

meo. Petite et accipietis: ut gaudium uestrum sit plenum. hec in prouerbiis locutus sum uobis
Venit hora cum iam non loquar in prouerbiis uobis: sed palam de patre annuntiabo uobis. Ille
die in nomine meo petetis: et non dico uobis quia ego rogabo patrem de uobis. Ipse enim pater amat
uos. quia uos me amastis: et credidistis quia ego a deo exiui. Exiui a patre et ueni in mundum.
Iterum relinquo mundum: et uado ad patrem. Dicunt ei discipuli eius. Ecce nunc palam lo
queris. et prouerbium nullum dicis. Nunc scimus quia scis omnia: et non opus est tibi ut
quis te interroget. In hoc credimus: quia a deo existi. Respondit eis ihesus. Modo creditis:
ecce uenit hora et iam uenit ut dispergamini unusquisque in propria: et me solum relinquatis. Et non
sum solus: quia pater mecum est. hec locutus sum uobis: ut in me pacem habeatis. In mundo pressuram
habebitis: sed confidite ego uici mundum. Cap. xvij.
Hec locutus est ihesus: et subleuatis oculis in celum dixit. Pater: uenit hora clarifica filium tuum C. 17.
ut filius tuus clarificet te: sicut dedisti ei potestatem omnis carnis: ut omne quod dedisti ei
det eis uitam eternam. Hec est autem uita eterna ut cognoscant te solum deum uerum
et quem misisti ihesum christum. Ego te clarificaui super terram: opus consummaui quod dedisti michi ut
faciam. Et nunc clarifica me apud temetipsum: claritate quam habui prius quam mundus esset apud
te. Manifestaui nomen tuum hominibus: quos dedisti michi de mundo. Tui erant et michi eos de
disti: et sermonem tuum seruauerunt. Nunc cognouerunt quia omnia que dedisti michi
abs te sunt: quia uerba que dedisti michi dedi eis. Et ipsi acceperunt et cognouerunt uere
quia a te exiui: et crediderunt quia tu me misisti. Ego pro eis rogo non pro mundo rogo: sed pro his
quos dedisti michi: quia tui sunt. et mea omnia tua sunt. et tua mea sunt: et clarificatus sum
in eis. Et iam non sum in mundo. et hii in mundo sunt et ego ad te uenio. Pater sancte
serua eos in nomine tuo: quos dedisti michi: ut sint unum sicut et nos. Et cum essem cum eis: ego
seruabam eos in nomine tuo. Quos dedisti michi custodiui: nemo ex his periit nisi filius per
ditionis: ut scriptura impleatur. Nunc autem ad te uenio et hec loquor in mundo: ut habeant
gaudium meum impletum in semetipsis. Ego dedi eis sermonem tuum: et mundus odio eos ha
buit quia non sunt de mundo. Non rogo ut tollas eos de mundo: sed ut serues eos ex malo. De
mundo non sunt: sicut et ego non sum de mundo. Sanctifica eos in ueritate: sermo tuus ueri
tas est. Sicut tu me misisti in mundum: et ego misi eos in mundum. Et pro eis sanctifico me
ipsum: ut sint et ipsi sanctificati in ueritate. Non pro his tantum sed et pro eis qui credituri sunt
per uerbum eorum in me: ut omnes unum sint: sicut et tu pater in me et ego in te ut et ipsi in nobis
unum sint: ut mundus credat quia tu me misisti. Et ego claritatem quam dedisti michi dedi
eis: ut sint unum sicut et nos unum sumus. Ego in eis et tu in me: ut sint consummati in
unum. Et cognoscat mundus quia tu me misisti: et dilexisti eos sicut et me dilexisti. Pater
quos dedisti michi: uolo ut ubi ego sum et illi sint mecum: ut uideant claritatem meam: quam dedisti
michi: quia dilexisti me ante constitutionem mundi. Pater iuste mundus te non cognouit: ego
autem te cognoui. Et hii cognouerunt quia tu me misisti. et notum feci eis nomen tuum et no
tum faciam: ut dilectio qua dilexisti me in ipsis sit: et ego in ipsis. Cap. xviij.
Hec cum dixisset ihesus. Egressus est cum discipulis suis trans torrentem cedron: ubi erat hortus: C. 18.
in quem introiuit ipse et discipuli eius. Sciebat autem iudas qui tradebat eum locum quia
frequenter ihesus conuenerat illuc: cum discipulis suis. Iudas ergo cum accepisset cohortem
et a pontificibus et phariseis ministros: uenit illuc cum laternis: et facibus et armis. Ihesus itaque sciens
omnia que uentura erant super eum: et processit et dixit eis. Quem queritis? Responderunt ei: ihesum
nazarenum. Dicit eis ergo ihesus ego sum. Stabat autem et iudas: qui tradebat eum cum ipsis. ut ergo dixit
ego sum abierunt retrorsum: et ceciderunt in terram. Iterum ergo eos interrogauit. Quem queritis?
Illi autem dixerunt: ihesum nazarenum. Respondit ihesus. Dixi uobis: quia ego sum. Si ergo me que
ritis: sinite hos abire: ut impleretur sermo quem dixit. Quia quos dedisti michi: non perdi
di ex eis quemquam. Symon ergo petrus: habens gladium eduxit eum: et percussit pontificis ser
uum et abscidit eius auriculam dexteram. erat autem nomen seruo malchus. Dixit ergo ihesus petro
mitte gladium in uaginam. Calicem quem dedit michi pater: non bibam illum? Cohors ergo
et tribunus et ministri iudeorum: comprehenderunt ihesum. et ligauerunt eum? Et adduxerunt
eum ad annam primum. Erat enim socer caiphe: qui erat pontifex anni illius. Erat autem caiphas
qui consilium dederat iudeis: quia expedit unum hominem mori pro populo. Sequebatur autem
ihesum symon petrus: et alius discipulus. Discipulus autem ille erat notus pontifici: et introiuit
cum ihesu in atrium pontificis. Petrus autem stabat ad hostium foris. Exiuit ergo discipulus alius,
qui erat pontifici: et dixit hostiarie: et introduxit petrum. Dicit ergo petro ancilla hostiaria. Num
quid et tu ex discipulis es hominis istius? Dicit ille: non sum. Stabant autem serui et ministri


adprunas quia frigus erat: et calefaciebant se. Erat autem cum eis petrus stans: et calefaciens se.
Pontifex ergo interrogauit ihm de discipulis suis: et de doctrina eius. Respondit ei ihus. Ego
palam locutus sum in mundo: ego semper docui in synagoga: et in templo quo omnes iudei con-
ueniunt: et in occulto locutus sum nichil. Quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt
quid locutus sum ipsis. Ecce hii sciunt que dixerim ego. Hec cum dixisset: unus assistens ministrorum
dedit alapam ihu dicens. Sic respondes pontifici? Respondit ei ihus: si male locutus sum
testimonium perhibe de malo. Si autem bene quid me cedis? Et misit eum annas ligatum ad ca-
ipham pontificem. Erat autem symon petrus stans et calefaciens se. Dixerunt ergo ei. Num-
quid et tu ex discipulis eius es? Negauit ille: et dixit non sum. Dicit unus ex seruis pontificis
cognatus eius abscidit petrus auriculam. Nonne ego te uidi in horto cum illo? Iterum ergo
negauit petrus: et statim gallus cantauit. Adducunt ihm ad caipham in pretorium: erat autem
mane. Et ipsi non introierunt in pretorium: ut non contaminarentur: sed manducarent pascha
Exiuit ergo pilatus ad eos foras: et dixit. Quam accusationem affertis aduersus eum? Respon-
derunt et dixerunt ei. Si non esset hic malefactor: non tibi tradidissemus eum. Dixit ergo eis
pilatus accipite eum uos: et secundum legem uestram iudicate eum. Dixerunt ergo iudei ei. Nobis
non licet interficere quemquam. ut sermo ihu impleretur quem dixit: significans qua esset morte
moriturus. Introiuit ergo iterum pilatus in pretorium: et uocauit ihm: et dixit ei. Tu es rex iude-
orum? Et respondit ihus. A temetipso hoc dicis? an alii tibi dixerunt de me? Respondit pilatus
Numquid ego iudeus sum? Gens tua et pontifices tradiderunt te michi: quid fecisti? Respon-
dit ihus. Regnum meum non est de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset regnum meum: mi-
nistri mei utique decertarent: ut non traderer iudeis. Nunc autem meum regnum non est
hinc. Dixit itaque ei pilatus. Ergo rex es tu? Respondit ihus. Tu dicis quia rex sum ego. Ego
in hoc natus sum et ad hoc ueni in mundum: ut testimonium perhibeo ueritati. Omnis qui est ex ue-
ritate: audit meam uocem. Dicit ei pilatus. Quid est ueritas. Et cum dixisset: iterum exiuit
ad iudeos. Et dicit eis. Ego nullam inuenio in eo causam. Est autem consuetudo uobis ut unum
dimittam uobis in pascha. uultis ergo dimittam regem iudeorum uobis. Clamauerunt rursum omnes
dicentes. Non hunc sed barraban. Erat autem barrabas latro ¶ xviij ¶
c. 19. Tunc ergo apprehendit pilatus ihm: et flagellauit: et milites plectentes coronam de spinis
imposuerunt capiti eius. Et ueste purpurea circumdederunt eum: et ueniebant ad eum: et
dicebant. Aue rex iudeorum: et dabant ei alapas. Exiuit iterum pilatus foras: et dicit eis.
Ecce adduco uobis eum foras: ut cognoscatis quia in eo nullam causam inuenio. Exiit ergo ihus
portans spineam coronam: et purpureum uestimentum: et dicit eis. Ecce homo. Cum ergo uidissent
pontifices et ministri clamabant dicentes. Crucifige: crucifige eum. Dicit eis pylatus. Accipite eum
et crucifigite. Ego enim non inuenio in eo causam. Responderunt ei iudei. Nos legem habemus:
et secundum legem debet mori: quia filium dei se fecit. Cum ergo audisset pylatus hunc sermonem: ma-
gis timuit. Et ingressus est pretorium iterum: et dicit ad ihm unde es tu. Ihus autem responsum non
dedit ei. Dicit ei pylatus. Michi non loqueris. Nescis quia potestatem habeo dimittere te? Respondit
ihus. Non haberes potestatem aduersum me ullam: nisi tibi esset datum desuper. Propterea qui tra-
didit me tibi: maius peccatum habet. Et exinde querebat pilatus: dimittere eum. Iudei autem clama-
bant: dicentes. Si hunc dimittis non es amicus cesaris. Omnis qui se regem facit: contradicit cesari. Py-
latus ergo cum audisset hos sermones: adduxit foras ihm. Et sedit pro tribunali in loco qui dicitur lito-
strotos: hebraice autem gabatha. Erat autem parasceue pasche hora quasi sexta. Et dicit iudeis. Ecce
rex uester. Illi autem clamabant. Tolle: tolle. Crucifige eum. Dicit eis pylatus. Regem uestrum crucifi-
gam? Responderunt pontifices non habemus regem nisi cesarem. Tunc ergo tradidit eis illum: ut cru-
cifigeretur. Susceperunt autem ihm et eduxerunt: et baiulans sibi crucem: exiuit in eum qui dicitur Cal-
uarie locum. hebraice golgatha: ubi eum crucifixerunt: et cum eo alios duos. Hinc et hinc: medium autem
ihm. Scripsit autem et tytulum pylatus. Et posuit super crucem. Erat autem scriptum. Ihus nazarenus
rex iudeorum. Hunc ergo tytulum multi legerunt iudeorum: quia prope ciuitatem erat locus ubi
crucifixus est ihus. Et erat scriptum hebraice grece et latine. Dicebant ergo pylato pontifices iudeorum.
Noli scribere rex iudeorum: sed quia ipse dixit rex sum iudeorum. Respondit pylatus. Quod scripsi
scripsi. Milites ergo cum crucifixissent eum: acceperunt uestimenta eius: et fecerunt quatuor partes
unicuique militi partem et tunicam. Erat autem tunica inconsutilis: desuper contexta per totum. Dixerunt
ergo ad inuicem. Non scindamus eam: sed sortiamur de illa cuius sit. ut scriptura impleatur di-
cens. Partiti sunt uestimenta mea sibi: et in uestem meam miserunt sortem. Et milites quidem
hec fecerunt. Stabant autem iuxta crucem ihu mater eius maria cleophe: et maria magdalena. Cum

Cum vidisset ergo ihesus matrem ⁊ discipulum stantem quem diligebat: dicit matri sue. Mulier ecce
filius tuus. Deinde dicit discipulo: ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua.
Postea sciens ihesus iam omnia consummata sunt: ut consummaretur scriptura: dicit:
sitio. Vas ergo positum erat aceto plenum. Illi autem spongiam plenam aceto ysopo circum
ponentes: obtulerunt ori eius. Cum ergo accepisset ihesus acetum: dixit. Consummatum est.
Et inclinato capite tradidit spiritum. Iudei ergo quoniam parasceue erat ut non remanerent in cruce
corpora sabbato. Erat enim magnus dies ille sabbati: rogaverunt ut frangerentur eorum
crura ⁊ tollerentur. Venerunt ergo milites: ⁊ primi quidem fregerunt crura ⁊ alterius qui cruci-
fixus est cum eo. Ad ihesum autem cum venissent: ut viderunt eum iam mortuum: non fregerunt
eius crura. Sed unus militum lancea latus eius aperuit: ⁊ continuo exivit sanguis ⁊ aqua. Et
qui vidit testimonium perhibuit: ⁊ verum est eius testimonium. Et ille scit quia vera dicit: ut
⁊ vos credatis. Facta sunt enim hec ut scriptura impleretur. Os non comminuetis ex eo. Et iterum
alia scriptura dicit. Videbunt in quem transfixerunt. Post hec autem rogavit pylatum ioseph ab ari-
mathia eo quod esset discipulus ihesu: occultus autem: propter metum iudeorum: ut tolleret corpus
ihesu. Et permisit pylatus. Venit ergo ⁊ tulit corpus ihesu. Venit autem ⁊ nicodemus: qui venerat
ad ihesum nocte primum ferens mixturam mirre ⁊ aloes: quasi libras centum. Acceperunt ergo
corpus ihesu: ⁊ ligaverunt eum linteis cum aromatibus: sicut mos iudeis est sepelire. Erat autem
in loco ubi crucifixus est hortus ⁊ in horto monumentum novum in quo nondum quisquam
positus erat: Ibi ergo propter parasceuen iudeorum: quia iuxta erat monumentum posuerunt ihesum. Capitulum XX.

Una autem sabbati: maria
magdalena venit mane adhuc tenebre essent ad monumentum ⁊ vidit lapidem sub-
latum a monumento. Cucurrit ergo ⁊ venit ad symonem petrum: ⁊ ad alium disci-
pulum quem amabat ihesus: ⁊ dicit eis tulerunt dominum de monumento: ⁊ nescimus
ubi posuerunt eum. Exiit ergo petrus ⁊ ille alius discipulus: ⁊ venerunt ad monume-
ntum. Currebant autem duo simul: ⁊ ille alius discipulus precucurrit citius petro: ⁊ venit
primus ad monumentum. Et cum se inclinasset vidit posita linteamina: non tamen intro-
ivit. Venit ergo symon petrus sequens eum: ⁊ introivit in monumentum. Et
vidit linteamina posita: ⁊ sudarium quod fuerat super caput eius non cum linte-
aminibus positum: sed seperatim involutum in unum locum. Tunc ergo introivit ⁊ ille
discipulus: qui venerat primus ad monumentum: ⁊ vidit ⁊ credidit. Nondum enim sci-
ebant scripturam: quia oportebat eum a mortuis resurgere. Abierunt iterum ad se-
metipsos discipuli. Maria autem stabat ad monumentum: foris plorans. Dum ergo fleret:
inclinavit se: ⁊ prospexit in monumentum: ⁊ vidit duos angelos in albis sedentes
unum ad caput ⁊ unum ad pedes: ubi positum fuerat corpus ihesu. Dicunt ei illi. Mulier
quid ploras. Dicit eis: quia tulerunt dominum meum: ⁊ nescio ubi posuerunt eum. Hec
cum dixisset: conversa est retrorsum: ⁊ vidit ihesum stantem: ⁊ non sciebat quia ihesus est.
Dicit ei ihesus. Mulier quid ploras: quem queris: Illa existimans quia hortulanus esset
dicit ei. Domine si tu sustulisti eum: dicito michi ubi posuisti eum: ⁊ ego eum tollam.
Dicit ei ihesus maria. Conversa illa: dicit ei rabboni: quod dicitur magister. Dicit ei ihesus
Noli me tangere: nondum enim ascendi ad patrem meum. Vade autem ad fratres meos
⁊ dic eis. Ascendo ad patrem meum ⁊ patrem vestrum: ⁊ ad deum meum ⁊ deum vestrum.
Venit maria magdalena annuncians discipulis: quia vidi dominum ⁊ hec dixit michi.
Cum esset ergo sero die illa una sabbatorum ⁊ fores essent clause ubi erant discipuli congre-
gati: propter metum iudeorum: venit ihesus: ⁊ stetit in medio: ⁊ dixit eis. Pax vobis.
Et hoc cum dixisset: ostendit eis manus ⁊ latus. Gavisi sunt ergo discipuli: viso domino.
Dixit ergo eis iterum. Pax vobis. Sicut misit me pater: ⁊ ego mitto vos. Hec cum dixisset in-
sufflavit: ⁊ dixit eis. Accipite spiritum sanctum. Quorum remiseritis peccata: remit-
tuntur eis. Et quorum retinueritis retenta sunt. Thomas autem unus ex duodecim:
qui dicitur didimus: non erat cum eis quando venit ihesus. Dixerunt ergo ei alii discipuli
vidimus dominum. Ille autem: dixit eis. Nisi videro in manibus figuram clavorum
⁊ mittam digitum meum in locum clavorum. Et mittam manum meam in latus eius
non credam. Et post dies octo iterum erant discipuli eius intus: ⁊ thomas cum eis.
Venit ihesus ianuis clausis: ⁊ stetit in medio: ⁊ dixit. Pax vobis. Deinde dicit thome.
Infer digitum tuum huc ⁊ vide manus meas: ⁊ affer manum tuam: ⁊ mitte in latus
meum: ⁊ noli esse incredulus. sed fidelis. Respondit thomas ⁊ dixit ei. Dominus meus
⁊ deus meus. Dicit ei ihesus. Quia vidisti me credidisti: beati qui non viderunt

et credideru nt. Multa quidem et alia signa fecit ihesus in conspectu discipulorum suorum: que non
sunt scripta in libro hoc. Hec autem scripta sunt ut credatis: quia ihesus est christus filius dei. Et ut
C. 21. credentes vitam habeatis in nomine eius. *Postea manifestavit se iterum ihesus ad mare tybe discipulis
riadis. Manifestavit autem sic. Erant simul symon petrus et thomas: qui dicitur didimus
et nathanael qui erat a cana galilee. et filii zebedei et alii ex discipulis eius duo. Dicit eis symon
petrus: vado piscari. Dicunt ei venimus et nos tecum et exierunt et ascenderunt navim: et in il
la nocte nichil prendiderunt. Mane autem iam facto: stetit in litore non tamen cognoverunt dis
cipuli: quia ihesus est. Dicit ergo eis ihesus. Pueri: numquid pulmentarium habetis? Responde
runt ei non. Dicit eis: mittite in dexteram navigii rete: et invenietis. Miserunt ergo: et iam
non valebant illud trahere: a multitudine piscium. Dicit ergo discipulus ille quem diligebat
ihesus petro. Dominus est. Symon petrus cum audisset quia dominus est: tunica succinxit se: e
rat enim nudus: et misit se in mare. Alii autem discipuli: navigio venerunt. Non enim longe
erant a terra: sed quasi cubitis ducentis trahentes rete piscium. Ut ergo descenderunt in ter
ram viderunt prunas positas: et piscem superpositum et panem. Dicit eis ihesus. Afferte de piscibus
quos prendidistis nunc. Ascendit symon petrus et traxit rethe in terram plenum magnis
piscibus centum quinquaginta tribus. Et cum tanti essent: non est scissum rethe. Dicit eis ihesus
venite prandete. Et nemo audebat discumbentium interrogare eum. Tu quis es: scientes
quia dominus est. Et venit ihesus et accepit panem et dat eis et piscem similiter. Hec iam tercio ma
nifestatus est ihesus: discipulis suis cum resurrexisset a mortuis. Cum ergo prandissent dicit symoni
petro ihesus. Symon iohannis diligis me plus his? Dicit ei Etiam domine tu scis quia amo
te Dicit ei pasce agnos meos. Dicit ei iterum Symon iohannis diligis me? Ait illi Etiam domine
tu scis quia amo te. Dicit ei Pasce agnos meos. Dicit ei tercio Symon iohannis amas me. Con
tristatus est petrus quia dixit ei tercio amas me Et dicit ei. Domine tu omnia nosti tu scis
quia amo te. Dicit ei Pasce oves meas. Amen amen dico tibi: cum esses iunior cingebas te et
ambulabas ubi volebas. Cum autem senueris extendes manus tuas et alius te cinget et ducet
quo tu non vis. hec autem dixit significans qua morte clarificaturus esset deum. Et hoc
cum dixisset conversus petrus: vidit illum discipulum quem diligebat ihesus sequentem
qui et recubuit in cena super pectus eius: et dixit domine quis est qui tradet te. Hunc ergo cum vidisset
petrus dixit ihesu. Domine hic autem quid? Dicit ei ihesus Sic volo eum manere donec
veniam. Quid ad te. Tu me sequere. Exiit ergo sermo iste inter fratres quia discipulus ille non
moritur. Et non dixit ihesus quia non moritur sed sic volo eum manere donec veniam quid
ad te. hic est discipulus qui testimonium perhibet de his: et scripsit hec et scimus quia verum est
testimonium eius. Sunt autem et alia multa que fecit ihesus que si scribantur per singula: nec
ipsum arbitror mundum capere posse eos qui scribendi sunt libros.





Domino sancti et conlenitę hactoni hrabanus in xp̄o
salutem.
Librum enim sc̄e crucis quem te adhortante inchoa
ui. te conlaborante dictaui. teq; opitulante p̄feci.
tibi postq̄ consūmaueram adprobandum direxi. depre
cans ut qui studiorum meorum solacium eius. quoq; laboris
refrigerium. gaudii quoq; sis particeps. gratanter officiū
accipiendo. quod sola caritas administrat. diligenter
opus examinando. quod dilectio uera commendat. studi
oseq; meo corrigendo que necessitas expostulat.
Dignum etiam arbitrabar ut qui in animo meo primatū tenes. et maxi
mam. primicias opis primus accipes. ne alius tibi preriperet in officio. quem null9
preuenit diligendo. Recte quidem. quia memoratum opus in laudē sc̄e crucis. et in hono
rem redemptoris n̄ri quātū potui. nō quātū uolui confeci. Ipsi uero ac summo ponti
fici plenariū mistiū ad deferendum consensum te socium. ut qui unius sumus professi
eiusdem ordinis. simili intencione pari uoto idem officium compleremus. Ergo quod
opto fiat. ut ambobus eadem remuneratio p̄petrati opis. ab ipso tribuatur piissimo
largitore. qui parem uoluntatē idem consiliū. unum studiū. eadem dilectionem. in
cordibus ambor tribuit. deus utiq; pacis iesus xp̄us. qui pacem suam seruis suis
reliquit. quiq; dat immo in finem dabit. et qui hanc suos filiolos quasi quoddā
signum discipulatus sui inter homines habere decreuit. quando eis dixit. In hoc
cognoscent om̄s quia discipuli mei estis. si dilectionē habueritis adinuicem. ipsamq;
et mandatū nouū. et suum preceptum nuncupauit. cum ait. Mandatū nouū do uo
bis ut diligatis inuicem sicut dilexi uos. Et item. Hoc est inquit p̄ceptū meū. ut dili
gatis inuicem sicut dilexi uos. Qua p̄pt obsecro te frater ut sicut cōmissū tibi opus.
ad rescribendū tradideris. illū admoneas. ut figuras meo factas et conscriptionis ordinē
seruare nō negligat. ne forte si formas figurarum uariauerit. et scripture ordinē cōmutaue
rit. opus p̄rium perdat etiam opus meum. nō meū esse sinat. quia nō idem uer suū
quia uiciatū. Ille quidem facile rectitudinē meo seruare poterit. qui linearum numer
u caute rimatur. et litterarum dispositionē in eis diligencius custodit. Tu ergo et illū am
monendo eius es director. et nimium insumendi n̄ri censeberis fidus amator. Cuius amo
ris ille sit p̄fectus finis. qui in p̄ncipio est directus tramitis ut qui modo inter angus
tias illum seruare non cessat. idem remotis omnib; angustiis atq; tribulationib;
cum in semetipso in eternū. Hta — bi — h — et. A m e n.
Bene semp̄ ualeas in xp̄o frater. meā infirmitatē orationib; adiuuans. Pax — te
conseruet — pacis — amicha — dona — rogante — m
a u E N.



Rex regum dominus mundum dicione gubernans
Imperii a ſceptrum regnans qi iure perennu
Inmortale tenes … imi ua multa parentum
Laxaſt in cruc ſ e altitilae cum frena locaras
Omnibus ergo tuis ſeruis ſuper aſtra beatam
Sperare huc … ita … cio chriſte dediſti
Quique eſt mo do … e d eus patris q e tuiqe
Nunc nomen erit … iam uncta ſtupebant
Saecula ad umen uerci … c e qo d geſtatur amica
Summi xp̄i … o le du … nat it e gerendum hoc
Verius ſ am q̃ … r o … i o … qod tollere legem
Atque dec et o t … mau … tvs ut u excolat orbem
Nam hoc fa c nus … udo cardine prodit
Orbis s cia ut g alea m e o n ſul tu caeſaris oret
Auguſ ton re c ferat almam hinc laude coronam
Nam op tim a dexteram uirtus diuina paret arte
Stips eſ u rua decus triumf um poſcimus omnes
Iam al m u m … uictoriuitiae quod regnet ubique
Haec ſili t e induafarquel igatus iret amico
Dum adfer l oricaplarirum ſic ipſa paratum
Optemus n ſ ſ emperamirumq ue m pie chriſtus
Et tutatu q u amnullusiacu lo premit aſt fur
Fas vel in l l oprocerathoc tis crimine diro
Defenſor a r t r s ſ edfirmumm onſtrat amandum
Ius ornat u l a n e atcaeſariso btinet hauſtum
Omen fit q e a m n e … imper ium ma uet orbe
En regna g a t u m omne peracumm unera donant
Et perſa d t t i t queeinusſoboliſ tatus ambit
Gens plebs … etapropagolſuec in nam pie donat
Muſa mui u a t e d e nsmaneatlc it ct amare
Spem ex ſv c e p t r a r e n e n d o a u m fide i d at ubiq
Rem hauſt d u n e c ſ a r c l a c u a d c p e l l i r a b arte
Quae forma c e i u r a t e n e b u n t t u t e l a n e f a s ſint
Et ſedarc e i e t … i d a n d a p r o t e c r u i a m
Quam eſt ſ o l i d u s p e r m a n e t e g i t a u g u ſ t o u i l e
Transform a t o r b i s c r i ſ t i c u m c l a r a t r i b u t a
Iure colen d i d u m m e m o r e qz t r o p a e a p a r a n s dat
Quae hoc ſ m t u o m e n v b i q m e a n s d e u o c u m a b o r e
Nempe ton t u r g e t q u e p r o b e p e c t u s d i u a m a r i
Sit tremo e ſ t q u e b o n a e d i u i u o m u n e r e f a m a e
Proficit unde o r b e m a d t d u m f r e t u m i n u c i t a q
Sic abici t port u m c r u c e d a t l a e c u m ſ e q u i t u r q
Hunc tibi e n i m i n d o d a t u m o s e m p e r c a ſ t o qz p i u q
Caeſar la g e m o d o u i s u t u c a s t r a i n i m i c t i a ſ t
Terres ſ p e m q e t i m o r a l t u i n i m i c a f u g a n s dat
Tu plus et … r a t o n i m i u m p r o n u m r o … hac c gens
Aduenia m r e a u i m u s n o b i s a d i u s ſ a parentis
Conſcrip s t d u d u m n a m c r i ſ t i l a u d e l i b e l l u m
Verſibus et proſa tibi qem nunc in duperator
Offero ſancte libens cuius praecedit imago
Stans armata fide uictorem monſtrat ubique

O xpe saluator rex regum et dns dnorum qui mundum ppria dicione gubnas et sceptrum incorruptibile tenendo uniuersa phenni. et omnia regnas. tu celmina nulla penitus mox iaucte celesti quem humano generi iustitie frena constituisti. atque tuis fidelibus in celis beatam uitam sperare uelocitque adipisci posse dedisti. Ergo tu numinis est largissimi patrisque tu simul potentissimi. quod nomen illud tuum ineffabile omnibusque in celis dudum terribile. nunc piissimi principis uirtute gestat honesta. religioneque ab omnibus ueneranda celeberrima. Hinc quoque ostenditur quod ex auctoritate atque defensione augustum imperium firmiter tenet. et cunque auam religionique xpiane contrario peruersum iudicium potestas aufert. ut religiosi principis nutu totus orbis regatur. Nam largitio amplissima munerum illius hoc ubique prodit ad laudem uenerandi imperatoris tui xpianos prouocans. quatenus communi consilio eius defensionem omnes pariter querunt. quod quidem nos tui famuli xpe. nuas saluator supplices petimus quatenus puerum illum signe crucis tue sanctissima uirtus ipsius dexteram diuina muniat arte atque triumphum ubique conferat iustitie. Hec quoque illum thorace fidei adamante duriore induit. que simul et ornatum decentissimum et munimentum confert fortissimum. unde necesse est ut nos pariter cum omni populo xpiano. eius amicicie gratiam optemus. quem dns xpc ita protegens custodit. ut nullus insidians eum aliquomodo nocere possit uel famam eius iustissimam aliquo crimine maculare. sed omnipotens et adiutor boni studii eius. bone uoluntatis constantiam et uere innocencie formam ideo nobis semper imitabilem proponit. nullaque ut nobilissimi cesaris omen felicem habeat actum. hincque eius imperium tam simul et pelago tutum maneat. nam gentes grecorum dona preciosissima illi deferunt. simulque et regna persarum. nec non et cetere gentes ipsius simul eiusque sobolis latus tuendo frequentant. maxime gens germanie et populus francorum. de quibus eius nobilis prosapia originem traxit cuius laudibus conatur. uitam illi et prosperitatem continuam exoptans. exul quoque quicumque priscis temporibus a sede propria aberrauit. eius triumphos amando modo reditum uelocem sperat. quia sceptrum tenendo sancte fidei uerbum spargit ubique. donec populum suum a uetusto scelerum usu purget. quo iuuante et firmiter fidei catholice iura tenebit. ne frustra ubi iacula proferunt. sed sint arma potencia deo in omne opus boni. et xpi fide roborata carnis prauitatem doment. O quam solidus fide et stabilis in xpiana religione cesar manet. quo oues sibi commendatas diligenter omni hora custodit. et pensum dominica seruans cultumque diuinum strenue ab omnibus sibi obtemperantibus expetit. dum super regis uexillum crucis honorandum esse ostendit. et ad predicandum xpi euuangelium ubique doctores suos dirigit. qui duriciores sermonibus molliant. et ad percipiendum boni odorem intuitum diuina gratia opitulante perducant. ut lucus sibi signat et in spem tollerantes xpi passionibus communicare appetat. defensor

Ecce tibi o imperator clementissime atque sanctissime pius affero munus cum deuotione subiectus. quem tribulis etas adulescentie iunior ego persequens et placidus es deuotis. clementer cunctis ueniam tribues. Omnis gens omnis natio tuam uoluntatem facere expetit. nosque tui miseri famuli clementiam tuam pronis obsequiis adire optamus. eiusque uotis obtemperare iermibus desideramus. nam libellum quem in honore sancte crucis dudum prosa metroque composui. nunc tue serenitati supplex offero. deprecans ut qui scuto fidei. lorica iustitie et galea salutis decenter es ornatus. nos sub tua defensione xpo militantes munire digneris. atque ad portum salutis eterne in augmentum premiorum tuorum dno adiuuante perducere. Continet autem presens ymago serenissimi Imperatoris Hludowici. xv. uersus metro dactilico tetrametro conscriptos hoc modo. Ihu xpe tuum uertice signum augusto galeam conferat almam. Iunctam et faciat optima dexteram. uirtus ihu tua dei que triumphum. Iusto iustitiae induat atque loricam placitum semper amicum. Quam nullus iacula proterat hostis. Sed firmum maneat cesaris omne. Ac tuum imperium omne peractum. Sicque eius sobolis leta propago. Succedens maneat sceptra tenendo. donec secla sua iura tenebunt. et tibi solidus permanet orbis. Cristi dum memoret nomen ubique. Et uerbum dni predicet ultro.

Inculo autem qui caput eius cingit. duo uersus adonii metri continentur isti. Tu hludouuicum xpe corona.

Crux uero quam dextera gestat hos tenet uersus metri asclepiadei. Iure xpe tua uictoria uera salusque omnia rite regis.

Scutum uero quod sinistra tenet. elegiaco metro conscriptum est hoc modo. Nam scutum fidei depellit tela nefanda. protegit augustum clara tropea parans. deuotum pectus diuino munere fretum. In lesum semper castra inimica fugat.

Hortatur nos lex divina ad offerendum domino dona, nec excipit aliquem, sed ab omnibus spontaneam expetit oblationem. Cum moysi precepit dominus ita dicens: Loquere filiis israel ut tollant mihi primitias ab omni homine qui offert ultroneus, accipietis eas. Ubi nullus excusationi locus datur, quando voluntas prompta queritur et non necessitas imponitur, sed unicuique proprio arbitrio relinquitur. Unde et ipse hec legens animum devotum impendens offerebam has primitias in laudem sancte crucis expensas, que columpna est celestis edificii, in qua videlicet constructa est domus christi, ipsi arbitri interno qui me conspicit non superba intentione, sed humili devotione quicquid sua gratia possim in eius laudem velle conferre, qui non secundum faciem sed secundum cor iudicans non estimat quantitatem muneris sed qualitatem devotionis. Nec enim arbitror me posse aliquid sancte crucis decoris conferre, que claritate sua cuncta clarificat, sed claritatem eius et maiestatem perpetuam laudibus quibuscumque possim conservis meis predico, ut sedulo eam legentes ac sedulo conspicientes nostram mente redemptionem assidue cogitemus, redemptorique nostro incessanter gratias agamus, qui cum nullius egeret, sempiternumque regnum unacum patre et spiritu sancto haberet, semetipsum exinanivit formam servi accipiens, factus obediens patri usque ad mortem, mortem autem crucis. Semel quoque pro peccatis nostris mortuus est iustus pro iniustis, ut nos offerret deo, faceretque nos regnum et sacerdotes deo patri suo. Quapropter rogo ut quicumque textum huius operis perspexerit, non statim propter artificis vilitatem spernendo abiciat, sed si velit possit legat, et oculo sane fidei intuendo atque per auctoritatem divinarum scripturarum diiudicando quod in eo catholice et recte repperierit disputatum, ei hoc tribuat a quo est omne bonum. Si quid autem minus recte atque inconsiderate invenerit prolatum, magis mee imperitie quam malitie deputet. Qui catholice fidei quantum possum rectitudinem semper desidero et inhianter disco, eiusque iura quantum superna gratia concedit servare contendo, atque ideo cum errasse videor humiliter suggero, ut vel viva voce si presens sim, vel per scripta si absens, errorem meum michi intimare non tardet. Sin autem propter longinquitatem terrarum seu propter aliam aliquam impossibilitatem neutrum horum facere possit, sive etiam me a presenti vita constiterit excessisse, precor ut pro reatu meo clementissimum iudicem deprecetur, quatenus ipse quem humane infirmitatis nichil latet, erroris mei vincula dissolvat et sue remissionis gratia peccatorum michi veniam donet. Hocque idem me quamdiu vixero in hoc corpore acturum excepto, id est pro meis et aliorum erratibus cotidie preces fundere, ut ipse pius sua gratia et errantes corrigat et erratorum indulgentiam tribuat. Preterea autem moneo lectorem ut huius conscriptionis ordinem teneat, et figuras meo factas ubique servare non negligat, ne opis pau peat et utilitas lectionis minuatur. Quod ut facilius possit, unicuique figure in ordine insequenti sibi pagina prosaico stilo intimare curavi, subternectens expositionem eius simul et versus qui in ea conscripti sunt. Si quem autem movet cum unicuique pagine versus eiusdem numeri describere devenerim, cur aliquas notas sive punctos eis inseruerim, agnoscat me hoc non tam necessitate quam voluntate fecisse, ut lucidior sensus et locutio meis fieret. Nec hoc quidem vulgo neque frequenter feci, nec sine auctoritate maiorum. Nam non recordor alicubi me fecisse in prosis versibus punctos, nisi ubi que pronomen vel que coniunctio fuit, vel us finalis sillaba dictionis, quod idem et porphyrius fecit, secundum cuius exemplar litteras spargere didici, et pro m littera alicubi virgulam super antecedentem sibi vocalem notavi. Feci quoque et synalympham aliquando in scriptura in oportunis locis synalympharum, quod et titus lucretius non raro fecisse invenitur. V quoque inter q et aliquam vocalem positam aliquando intercepi. Similiter et h aspirationem maxime cum u taliter posita agnominatis nichil esse videntur, et h non litteram sed notam aspirationis esse convincitur. Si autem metricis omnibus qui solummodo metri genus et pedum regulam servant, potestas non minima datur per metaplasmos et scemata atque tropos et cetera que poetis abundantissime agnominatis concessa sunt, cur autem non mihi, qui non solum genera certa metrorum et pedes legitimos, sed etiam seriem et numerum litterarum et figurarum modum diligentius servare curavi? Ante omnia quoque obsecro unumquemque qui hoc opus legerit, ne invidie stimulis contra me excitetur ut laborem meum dissipare contendat, ne dum hoc quod ego ad laudem dei patrare sategi ille delere studet, sibi magis noceat quam michi, et dum sancte crucis gloriam preconii humilitatem audire non sustinet, crucifixi regis offensam incurrens redemptionis gratiam que in cruce est non consequatur.

Muſa cita ſtudio gaudens nunc dicere numen
Noſtra cupit pariter carmine et alloquiis
Dona patris ſummi qae largus reddidit orbi
Regis et altithroni ſancta trophaea ſimul
Quae crux eſt ſacra crucifixi numine plena
Omnibus apta bonis ſtirps ueneranda ſatis
Hanc ego pauper egenus inops en ore loqella
Temptaui hic famulus ſons dare et hoc oriar
Nec me facta piant quod dignum munere tanto
Me fore ad hoc credam ſic quoqe mente probum
Sed mihi larga dei bonitas ſpes maxima voti
Eſt quae me prumptum laus dabat exhilarans
Pauperis et uiduae non ſpreuit rara minuta
Sed tulit ipſa probans arbiter omnitenens
Atque orbe dominans qi ſancit ſolus et vnus
Cuncta uenuſta bona hanc laude beauit amor
Mandatum uetere nempe eſt et lege quibuſqe
Munera ut apta darent templa ad honeſta dei
Pars dedit argentum pars aurum munera clara
Pars tribuit gemmas pars qoqe tincta dedit
Ligna oleum qidam pigmentaque cara dedere
Multaque magna domus monſtrat ubique micans
Aſt alii ſetas tulerant piloſque caprarum
Nec fuerant ſpreti hi dona ferendo deo haec
Qua propter rogito nummatum diues ut iſtic
Vilia cum portem hinc ſpernere nolit onus
Ipſe licet gazas immenſas conferat amplis
Agminibus fultus templa onerando dei hinc
His ego non motus conturbor nam impie uultn
Sed gratulans ſpeculor creſcere dona ſibi
Ille quoque exqla ut habeat mea munera nolo
Sed magis eſſe ſciat qualiarumque der haec
Exprobrat ipſe deo qi diſpicit acer egenum
Cuius egenus hic eſt cuius et omnis homo eſt
En qantum tribuo tribuit mihi ieſus amator
Sint ſua facta pie hic cunctaque hic rapiat

De ymagine xpi in modum crucis brachia ſua expandentis et de nominibus eius ad diuinam ſeu ad humanam naturam pertinentibus.

De crucis figura que in circulo quadro eſt ſcripta et omnia ſe comprehendere manifeſtat.

De nouem ordinibus angelorum et de nominibus eorum in crucis figuram diſpoſitis.

De cherubim et ſeraphim circa crucem ſcriptis et ſignificatione eorum.

De quatuor figuris tetragonas circa crucem poſitis et ſpiritali edificio domus dei.

De quatuor uirtutibus principalibus quomodo ad crucem pertineant et quod omnium uirtutum fructus per ipſam nobis collati ſint.

De quatuor elementis et quatuor uiciſſitudinibus temporum et de quatuor plagis mundi et de quatuor quadrantibus naturalis diei quomodo omnia in cruce ordinentur et in ipſa ſanctificentur.

De menſibus duodecim et duodecim ſignis atque duodecim uentis et de apoſtolorum predicatione et de ceteris myſteriis duodenarii numeri que in cruce oſtenduntur.

De diebus anni in quatuor exagonis et monade comprehenſis et de biſſextili incremento quomodo in ſpecie ſancte crucis adcreſcant et conſentiant.

De numero ſeptuagenario et de ſacramentis eius quomodo cruci conueniant.

De quinque libris moſaice legis quomodo pariter inueniantur et exponantur.

De nomine adam prothoplaſti quomodo ſecundum adam ſignificet et eius paſſionem demonſtret.

De diebus conceptionis xpi in utero uirginis in quatuor crucibus demonſtratis hoc eſt .cc.lxxvi. et eius numeri ſignificatione.

De annis ab exordio mundi uſque in annum paſſionis xpi in notis grecarum litterarum ſecundum formam ſancte crucis diſpoſitis ſimul cum ſacramento quod in hoc reuelatur.

De quatuor euangeliſtis et agno in crucis ſpecie conſtitutis.

ni stat· nõne ↄtem dn̄i q̄nd eīgo dicat ĩcircuitu sedis .iiij. esse nō aliud reor illũ significare uelle q̄n ĩ .iiij. partib⁹ id ē an̄ ⁊ ret'
dext' et sinist' q̄ntū adpositiōm loci ptinet· ceteꝝ ĩlocabit' aliq̄d h̄m⁹ s'cemodi diffiniri nō pt· Hec .g. .iiij. ptes q̄d aliud significãt· q̄ .n.
.iiij. cornua t'ris sinacētē illã ↄsiderare uelim⁹· Agnū ū q̄ ĩmedio sedis ē· q̄d aliq̄d q̄m mediã crucē tenere ĩtelligim⁹· ipse ē ĩ ea
crucifixus est· qui abstulit pctã mūdi· Quatuor quippe hec aĩalia .iiij. eūuglistas significãt ut ecclie tradit auctoritas hoc ē·
Matheū· Marcū· Lucã· Johēm q̄ iure ĩscē crucis sp̄e scribūt quia passionē dn̄i ⁊ resurrectionē ĩlibris s'cı eūuglij oīs ↄcordit'
testant'· Mathe⁹ iure ĩp̄mo posit⁹ sp̄em hominis tenet quia ĩp̄ncipio eūuglij sui genealogiã saluatoris disserens ex̄eis
parentib⁹ eū carnē assūmere ĩtimauit· Marcus ū et lucas q̄i iam alt'⁹ cõstituti regiã ĩeo potestatē ⁊ sacerdotalē dignitatē
significãt· quoꝝ p̄or hoc est marcus sp̄em leonis habet ĩquo uox leonis ĩheremo rugientis audit' uox clamantis ĩ q̄d ĩde
serto parate uiam dn̄i rectas facite semitas eius· Nam amos dicit dn̄s desyon rugiet ⁊ deiherlm dabit uocē suam· Leo ē
rex bestiaꝝ vnde salomō dicit sicut fremit⁹ leonis ita furor regis· et ĩgenesi patriarcha iacob deiuda unde reges ⁊ unde
xp̄s carnē assūpsit dixit· Catul⁹ leonis iuda adp̄dam fili mi ascendisti requiescens accubuisti ut leo et q̄i leena q̄s susci
tabit eū· nō auferet' sceptrum deiuda et dux defemorib⁹ ei⁹ donec ueniat qui mittēd⁹ ē ⁊ ipse erit exspectatio gentiū· Alt'
quoq; hoc est lucas uituli similitudinē tenet qui azacharia sacerdote inciãs simẽs ip̄m dn̄m eciã decognacione sacerdo
tum s'cdm hoīem natū testat' cū angl'm narrat admariã matrē eius dixisse et ecce elyzabeth cognata tua concepit fi
liū ĩsenectute sua ⁊ adauid ꝑ nathan genealogiã saluatoris ducens ip̄m sacerdotem ēē ĩsinuauit Johes aūt sp̄em
aquile ĩse ostēdit q̄ iure ĩarce crucis consistit q̄a adaltiora uolans secretiora xp̄i diuinitatis mystia explorat ⁊ q̄i ĩ
ip̄m solem diuinitatis mentis oculos figēs statim ĩp̄ncipio eūuglij sui de diuinitate xp̄i exors⁹ est· Ita ĩp̄ncipio erat ū
bum ⁊ ūbū erat apd' dm̄ et ds̄ erat ūbū· Quatuor ergo eūuglia aquatuor eūuglistis ↄscripta quatuor flumina padysi de
vno fonte procedencia significãt· quia sicut ip̄a excuntia matre fontis procedencia totã t'rã rigauerunt· ita abuno fonte uo
hoc est xp̄o aquo qui semel bibit nō sitiet ĩet'nū .iiij. eūuglia emanancia ꝑ p̄dicatoꝫ ora diffluencia totū mū
dum adūtutũ fruct⁹ ↄminādū irrigant· Hec sunt diuini cursus .iiij. rote q̄ sequebãt' .iiij.or aĩalia .iiij.or facies ⁊
.iiij.or alas h̄ncia· q̄d aūt ꝓpha dicit· q̄d apparuit rota vna sup t'rram iuxta aĩalia h̄ns .iiij.or facies et statim subiūgit
pluralit' uno ⁊ aspect⁹ rotaꝫ et opus eaꝫ q̄i uisio maris ⁊ vna silitudo ip̄aꝫ .iiij.or Et reliq̄· Potest adintellectū h̄m⁹
iomis transferri· Junota eū una .iiij.or sp̄es rotaꝫ apparuerūt· quia .iiij.or eūuglia ĩuna passione saluatoris cõcordarūt· Tanta ei
similitudo erat rotaꝫ .iiij.or sequenciū aĩalia .iiij.or ut vna rota uerissime credet'· Tantaq; silitudo ē ĩnarracione eūugelistaꝫ ut uno
sp̄u dictã facillime app̄bet'· et p̄m .iiij. ptes eaꝫ ibãt rote et nō reūtebant' cum ambularet quia p̄ .iiij.or plagas mūdi currendo dis
currunt· eūuglia nec regredient' abnegare q̄ docēt q̄a ueritas tenere obstinat rectitudīs nec deflectit ĩobliqua falsitatis· Jnquis
quippe .iiij.or aĩalib⁹ sūt scripta sibi cōuenienciã hoc ē ius et auctoritatē eaꝫ significancia quod de dn̄o saluatore p̄dicēt· Nam
ĩsp̄e hoīs decorū scriptus est hic ūsus Matheus nunc hominē signauit inordine stirpis Leo ū hec h̄t ūba Mar
cus regem signat· ymago quoq; uituli hec continet Dat lucas pontificē· Ast aquila marre crucis consistens hunc
sonat uersum· Altiuolans aquila et ūbum hausit matre iohannis· Tenēt et .iiij.or caritas hec eadē aĩalia inquibus
p̄ncipales eoꝫ sentencie denotant'· unde .iiij.or eūugliõꝫ p̄me ptes demonstrant'· Agnus quippe qui ĩmedio stat h̄t ĩcapi
te et ĩcornibus sp̄ũ Septem sp̄s dei· Quod idem significant septē cornua et septē ocli Jnterpe ūo reliqua tenet
sentenciã bap̄te iohis dese Ecce agnus dei ecce qui tollit pctã mūdi· Jnfronte nempe quã gestat ĩcapite ostendit
scriptum grecū nomen· yos· Quod ĩt'p̄tat' filius significãs q̄d hec ymago nō agnū quemlibet ⁊ cõmunē sed ag
num dei filiū demonstret·

Spiritus alme veni cu pe radi rectus ab arce.
Ut tibi devotam mente e et bene credula corda
Tu dedices vatis qui es quoque vitae quem
Ex patre promissum nti ā mittere semet.
Promisit Christus a quum laude nouumque.
Altithroni donum car et pia pactio sponsae.
In cruce qua sponsus re gale sanguinis ostro.
Dotauit desponsaui scammate saecli hoc.
Cui das ergo bene in ctu singula carpit.
Mysteria interne do ſatque omnia pensat.
Qualiter ipsa patris apiencia xp̄s in orbem
Te pignus dedit que sponsae nobilis arrā.
Esse suae voluit dum auctores omnem hanc.
Formasti et molē tu pieris interiora ec.
Non erit ulla tribut co scrutaberis illā.
Namque creatura inuis u conspectibus almis.
Que rite sai a scio scept his o re su mis.
Uirte tebi enim nc eñ ui nd rese ator fit.
Christus dans clarum andat ū uini et amoris.
Ut deus ex toto cordi allatur honore ipse.
Almus ametur amorq; tia cui detur omnis.
Exinut fratris cunc amplectentur amorem.
Quod crux alma der ven facto scemate signat.
Nam pars sursum erect dei pie mandat amorem.
Transuersa pacem da am cū fratre tenendā.
Constituit sancta atis summus amator.
Cristus qui cruce er ufixus hostia pacis.
Propter amicorum pu arbiter orbis amorem.
Dilectā ponens anima at q; exempla reliquit.
Hunc tu sanctificans allend⁹ semper amorē.
Spiritus inde mihi omnis noxius absit.
Quatenus aucta cruc diuinae gloria mecum.
Carmine permaneat tu plebis carmina mutum.
Os et rite facis caele s tem psallere cantum.

Scriptum est in esaya. Et egredietur uirga de radice iesse et flos de germine eius ascendet ⁊ requiescet super eum
spiritus domini spiritus sapientie et intellectus spiritus consilii et fortitudinis spiritus scientie ⁊ pietatis et replebit eum spiritus timoris
domini septiformis. Licet gratia spiritus sancti per prophetam annumeretur que super florem illum iocundissimum requiescere dicitur quem in canti-
cis canticorum sponse sue dicat. Ego flos campi et lilium conuallium. Virgam quoque et florem de quo propheta narra-
uit uidere ipsum dominum dicit potentia regnantis ⁊ pulchritudine. Nos autem uirgam dicimus sanctam mariam de stirpe ies-
se progenitam que nullam habuit sibi fruticem coherentem quia nullam habuit carnalis copule coniugem. Florem uero dominum ihesum qui
decore humane nature splendidissimus erupit quia sine sorde peccatorum ex uirginali utero natus processit qui et in carnis sue castitate can-
dorem lilii demonstrauit ⁊ in sanguine passionis rose colorem ostendit. Super illum ergo requiescat spiritus domini hoc est eterna habitatione perma-
nebit. quia in eo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Non enim ad mensuram dat ei deus spiritum sed unxit eum deus pater oleo letitie
pre consortibus suis et de plenitudine eius omnes nos accepimus. Cum igitur de christo scriptum est quod accepit spiritum sanctum a patre et ipsum dederit utique na-
tura in eo monstrata est humana scilicet ⁊ diuina. Accepit ut homo dedit ut deus. Nos autem accipere hoc donum quidem possumus pro modulo nostro
effundere autem super alios non utique possumus sed ut hoc fiat deum super eos quo id efficiat inuocamus. Sed queri potest cur propheta a spiritu sapientie
numerare inceperit et in spiritu timoris desinerit. Cum psalmista dicat Initium sapientie timor domini quod ita solui potest. Propheta ergo cum de flo-
re uirge que de radice iesse congressura erat prophetauit id est christo quia ipsum in diuinitate coeternum patri intellexit et totius boni ⁊ sanctitatis
immo omnium rerum auctorem cognouit ut cum tanta plenitudine sanctitatis a celis ipsum ad nos usque descendere significaret ⁊ in carnem id
est in humanam naturam tantam gratiam diffundere monstraret ab ipso fastigio spiritualium donorum incipiens ad ima usque progreditur. Que
est enim maior gratia quam ipsum omnipotentem creatorem agnoscere et per quem et in quo sunt omnia ⁊ ipsam sapientiam eternam agnoscere ⁊ in qua
illustrentur omnia pro modulo nostro plene atque perfecte conspicere. Aut que minor quam propter penam gehenne a peccatis se hominem com-
pescere. Nec enim et in gradus superiores ascendit qui in illo penaliter affixus est quia timor penam habet. qui autem timet non est per-
fectus in caritate sed non nisi per istum humana infirmitas ad superiora ualet conscendere. Atque ideo dicit psalmista Initium sapientie
timor domini. quia primitus debet homo pre timore a peccatis se cohercere sciens scriptum quod deus reddit unicuique secundum opera sua quodque
impii ibunt in supplicium eternum iusti autem in uitam eternam et sic amore incedens etiam in ceteros gradus ascendere. id est in secundo gradu ut
pius sit et mitis fidem habens ueram. et nulli malum pro malo sed semper quod bonum est reddens. Neque maledictum pro maledicto
sed e contrario benedicens. In tertium quoque ut scientiam habeat mala eligere et mala reprobare diuertere a malo ⁊ facere bonum sequi pacem
et odium spernere. In quartum ut fortis sit firmo in fide incedens gradu et non patiatur se ullis corrumpi prosperis atque ullis affici ad-
uersis. In quintum uero gradum ut omnia uero consilio agat ⁊ secundum id quod scriptura diuina docent obediens faciat id est. ut dimittat debita proximis
suis quatenus dimittat sibi deus peccata sua. misereatur aliis ut sui misereatur sic deus. faciat amicos de mammona iniquitatis ut cum defi-
ciat recipiant illum in eterna tabernacula. seminet terrena ut metat celestia. perdat modo animam suam in hoc mundo. ut in uitam eternam custodiet eam ⁊ his
similia. In sextum ut intelligat deum id est. tota cordis intentione illum perquirat in illo insistat. ⁊ omnes malos cogitatus cordi suo
aduenientes subito euellere festinet. et paruulos suos ad petram allidat christum. Cum autem in septimum ascenderit gradum.
id est sapientiam iam ipsum hominem exhibebit perfectum et ex seruili condicione in filium transiit et non necesse habet ut aliquis doceat illum
sed sicut unctio eius docet eum de omnibus ⁊ delectatus perfecta dilectione dei certus effectus est cum apostolo quod neque mors neque
uita neque angeli neque principatus. neque instancia neque futura neque fortitudo neque altitudo neque profundum neque creatura alia
poterit eum separare a caritate dei que est in christo ihesu domino nostro. Quod autem bis hic numerentur septem dona spiritus sancti. Duo in-
mirum significant precepta caritatis que per spiritum sanctum diffunditur in cordibus nostris. siue duo testamenta que per eundem spiritum dicta-
ta atque conscripta sunt que in una cruce. id est in una passione christi compacta atque adunata sunt. In cruce ergo christi duo
efficiuntur unum quia omne diuorcium et inimicicia in ipsa dissoluta sunt pacificataque sunt omnia in ipsa que in celo et que in terra
sunt. Descripsi ergo hic ideo florigerum crucem quattuor coloribus precipuis id est iacinctino purpureo. bissino et coccineo
ut floris illius iocundissimum decorem demonstrarem quem propheta [illegible] narrat de stirpe regia exortum qui uelut speci-
osus forma pre filiis hominum existens in tutum decorem in semetipso ultra omnes mirabiliter ostendit. Nec enim ullum scriptorem fas
est credere ad excellentiam claritatis eius peruenire potuisse quod illum solum sine peccati macula constat natum esse. et quod cete-
ris ex parte conferebat gratiam illi totum ex integro prebebat natura. In iacintho quippe intelligimus celestem eius inter homines
conuersationem. In purpura passionis sanguinem. in candore et bysso corporis eius inuiolatissimam castitatem. In cocco quoque
precipuam ac perfectam caritatem. His quidem omnibus homo christus ihesus inter homines natus serenius resplendebat quia to-
tius decoris pulchritudine intus forisque plenus erat. Proficiebat igitur puer ihesus sapientia et etate et gratia apud deum et
homines et uir factus populi testimonio laudatus erat dicentis. Bene omnia fecit et surdos fecit audire ⁊ mutos
loqui qui doctrina sua mundum illustrans atque egrotos eius sanans per mortem destruxit mortem ⁊ triumphans resurrexit
in gloria. Ascendit in celos sedet ad dexteram dei patris Inde uenturus est iudicare uiuos et mortuos ⁊ seculum per ignem.

Sancta·beata·potens·uitae·laus·gloria·chriſte·
Crux·ueneranda·deci·tu proſpera·functio·ſaeclt·
Digna·bona·atque·pia·xpo afficeras·quia·membra·
Stipite·ſuſpenſa·aflictos ſubcarceris·umbra·
Deriperas·populos·regnumi nſublime·repoſtum·
Quis·dederas·quoniam ſpectatio·longa·polorum·
Reddita·iure·piis·beatolymet·ſtemmate·dignos·
Nam·bona·quae·in terra·mpius·arbiter·ore·ſereno·
Semina·diſperſit·ſacra·multiplicauit·amauit·
Quaeque·ſedens·montis·orauit·in arce·magiſter·
Diſcipulis·tribuens·pactum·pia·foedera·iuris·
Incipiebat·enim·almifico tunc·ordine·ſanctis·
Virtutū·his·titulis dominus·pia·pandere·dicta·
Vt·benedicta·patris prolis hoc·dogmate·ſignet·
Crux·quia·tota·bona·conplectit·et·optima·perſe·
Dat·docet·alma·aduectitantibus·atque·beata·
Sic·felix·diuinam ardore tre·mens·preme cordam·
Qiicesf acet·iuſtitiam·hos·tepio algi daſer ua·
flentesqui·cupidosuam·hi sſurſum om enadeum
Quisconſ ul aeterna ac·ſit·miſeraci o·cernent
Dolacior dqꝫ refectr o·paſt iolarga ae etinarc e·
Nonalto act iaconpetit·ore·repens·quu eſuperru·
Opseſtuuncualet hic·atq hoc·ſatis·iuterna cum·
Longe·abſunt·humili ueſolo·quod·pronus·adorat·
Cum·verbum·haud·ſol umaites ſed·inordine·mores·
Omni·tenens·poſſit ſemperh oc·temporeque·omni·
Ergo·veatorum·eſth abitare inlucenolentum·et·
Octeno·hoc·numero·ut·ſuper ardua·dona·reqirant·
Hac qꝫ reſurgentes·regnum quia·ſic·cruce·vadent·
Crux·via·ſcala·rota·patria·dux·porta·triumphus·
Vita·beata·hominum·meritorum·et·maxima·merces·
Giua·quater·poſita·en·regur·pia·formula·pandit·
Sancta·bonos·bene·do·napolum·ſcandendo·mereri·
Cunctipotenſqe·de idominus·hoc·omnipotentis·
Spiritus·ipſe·modis vultpa cis·ſcandere·ſedem·
Septenoſqꝫ gradus·ſuperis erexerat·aſtriſquo·
Alto·poli·hinc·pie·poſcebe nignos·panderet·ire·
Quos·comitatur·amor·ratio·lux·laus·bona·uirtus·
Gloria·ſtemma·thronus·quis·additur·arce·polo·

Isto ergo beatitudinum series hic in specie sancte crucis notatur ut cuncto fidelium populo innotescat ubi salutis sue habuit initium. et ubi perfectionis sue metitur sit supplementum quando per passionem christi accepit remissionem peccatorum et per resurrectionem eius vitam et immortalitatem sperat eternam quando beatitudinis quoque celestis cum nulla requirat integritatem quam ab illo atque consecutus est de inferno redemptionem. Merito ergo sancte crucis hec cuncta sacramenta conveniunt quia per illam libertatis pactum fidei et societatem unitatis populi ineunt ibi insinuatur amoris redemptio ibi demonstratur sancta mors consummatio. ibi intimatur omnium virtutum perfectio ibi promittitur ad eternam vitam resurrectio. ibi eterne beatitudinis speratur adeptio et eterne felicitatis acquisitio. Nam quia post enumerationem ac tractatum spiritualium charismatum de octo beatitudinibus sermo haberi nobis placuit videamus quomodo hee due res sibi conveniant et si habitum sancte crucis hanc convenientiam nisi demonstrare videatur. Facit enim beatus pater augustinus in libro quem de sermone domini in monte placuit nominare huius convenientie talem commemorationem ita dicens. Videtur ergo mihi etiam septiformis operatio spiritus sancti de qua esayas loquitur his gradibus sententiisque congruere sed interest ordinis. Nam ibi enumeratio ab excellentioribus cepit hic vero ab inferioribus ibi namque incipit a sapientia dei et desinit ad timorem dei sed initium sapientie timor domini est. Quapropter si gradatim tamquam ascendentes numeremus. Primus ibi est timor dei. Secunda pietas. Tertia est scientia. Quarta fortitudo. Quintum consilium. Sextus intellectus Septima sapientia. Timor dei congruit humilibus de quibus hic dicitur. Beati pauperes [spiritu] quoniam ipsorum est regnum celorum id est non inflati non superbi de quibus apostolus dicit. Noli altum sapere sed time id est noli extolli. Pietas congruit mitibus qui enim pie querit honorat sanctam scripturam et non reprehendit quod nondum intelligit et propterea non resistit quod est mitem esse unde hic dicitur. Beati mites quoniam ipsi hereditate possidebunt terram. Scientia congruit lugentibus qui iam cognoverunt in scripturis quibus malis vincti teneantur que tamquam bona et utilia ignorantes appetierunt de quibus hic dicitur. Beati qui lugent nunc quoniam ipsi consolabuntur. Fortitudo congruit esurientibus et sitientibus laborant enim desiderantes gaudium de veris bonis et amorem a terrenis et corporalibus avertere cupientes de quibus hic dicitur. Beati qui esuriunt et sitiunt iusticiam quoniam ipsi saturabuntur. Consilium congruit misericordibus hoc enim remedium est de tantis malis evadendi ut dimittamus sicut et nobis dimitti volumus et adiuvemus in quo possumus alios sicut et nos in quo non possumus cupimus adiuvari de quibus hic dicitur. Beati misericordes quoniam ipsi misericordiam consequentur Intellectus cordis congruit mundis corde tamquam purgato oculo quo cerni possit quod corporeus oculus non vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit. De quibus hic dicitur. Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt. Sapientia congruit pacificis in quibus iam ordinata sunt omnia nullusque motus adversus rationem rebellis est sed cuncta obtemperant spiritui hominis cum ipse obtemperat deo de quibus hic dicitur. Beati pacifici quoniam filii dei vocabuntur et paulo post subiungens et ista quidem in hac vita possunt compleri sicut completa esse in apostolis credimus. Nam illa omnimoda et in angelicam formam mutatio que post hanc vitam promittitur nullis verbis exponi potest. Beati qui persecutionem patiuntur propter iusticiam quoniam ipsorum est regnum celorum. Hec octava sententia que ad caput redit perfectum hominem declarat significat fortasse et circumcisionem octavo die in veteri testamento et domini resurrectionem post sabbatum qui est utique octavus dies idemque primus. Bene ergo omnis virtutum series in gradus distribuitur quia omnis vita fidelium per incrementa atque augmenta ad altiora sublevatur donec ad summam perfectionis id est ad caritatem perveniat illam videlicet que perfecta foras mittit timorem per quam meretur iam habitatorem in se habere deum quia deus caritas est et qui manet in caritate in deo manet et deus in eo. quando iam sedata temptationum tempestate tota in dei contemplatione erit. Dicit hinc psalmista. Ambulabunt de virtute in virtutem videbitur deus deorum in syon. Et factus est in pace locus eius et habitatio eius in syon et hoc rite per spiritualia carismata innotescitur quia per spiritus sancti gratiam omne datum optimum et omne donum perfectum nobis conceditur. Recte quoque gradus iste crucis forma disponitur quia per ipsam ad celeste regnum venire conceditur sed quia due partes sancte crucis sunt una que erecta stat. altera que transversum vadit. Ita gradus ipsi octo beatitudinum a nobis nulla dispositi sunt ut ab imo usque ad medium erecta illius parte ascendatur et tunc per transversam illius parte ascensionis ordo ducatur. Deinde rursum in erecta eius parte ipsa que sursum eminet ascensus ille firmatur quod cuilibet facile patebit. si versus quos ibi conspicimus rite intellexit. Potest quippe et in ipsa divisione partium convenientes earum dispositionem cognosci. Nam in erecto stipite in ymo pauperes spiritu collocantur et in supremo qui persecutionem patiuntur propter iusticiam quibus utrisque regnum celorum promittitur quia per eam humilitatem solummodo rite ad martyrii palmam et ad regnum celeste pervenitur atque per iusticiam que christus est adversa cuncta pacientissime tollerantur. In transversa vero parte ab eis qui lugent incipitur usque ad eos qui mundo corde sunt terminus tendit quorum prioribus consolatio sequentibus visio dei promittitur quod vero utrumque unum esse intelligitur. illi enim consolantur quia eterni regis visione sine fine perfruuntur. Sancti ergo viri in presenti vita quantomagis se exterius despiciendo deiecerint tanto amplius interius revelatione contemplationis pascuntur quos enim exterius in fletu continue convallis humilitatis eos interius sublevat ascensus contemplationis. Igitur octo hi octogeni in paribus numeris compacti octo versus continent xxxvii litteras octo beatitudines continentes quorum primus qui in basi crucis positus est talem habet versum. Regna poli dominus vult pauperis esse beati. Secundus vero post hunc talem Atque solum mites semper habitare supernum. Tertius quoque ordine octogenus est ille qui transversa crucis terminat primus et hunc tenens versum. Felices flentes quis consolatio in alto est. Quartus qui hunc proximus est cum hoc versu. Nam iusti cupidos eterna refectio complet. Iuxta quem quintus cum isto. Mente pios sursum miseratio larga repensat. Sextus quippe ille est qui transversum terminantem claudit Corda serena deum cernent et in arce superna. Septimus qui in superiori eminente crucis parte inferior sistit hic: Pacificos dominus prolis complecti tamen ore. Supremus quoque omnium octogenus hoc conscriptus est versu. Pro christo afflictos regnum iam spectat olympi.

Pande ſalutarem domino vincente triumphum
Lingua figura manus labium uox ſillaba cenſus
Magna crucis dominique ut gloria poſcit ubique
Sidera celſa ſuper et quo pertingit abyſſus
Lux ubi pura manet quo tetra ſilencia noctis
Perpetuae latitant ubi noxque dieſque viciſſim
Succedunt cedentque ſibi quo tempore cunctus
Labitur orbis ubi variabilis indit ordo eſt
Quatuor iſto vincire uix ſufficit aſt haec
Pagina digna cruci praecontra tramite denas
Haſque quadragenas ſancto de calle monades
Arte ligare ſimul plenas quoque luce ſerena
Miſtica quas uirtus ornat conſecrat honorat
Temporis inſtantis numerus hic rite figurā
Geſta quo tota chriſto ſub principe ſancta
Aecleſia tabidoque pie fert contraria tela hic
Obponens hoſti bellatrix conſcia perſtans
Virtutum et pucuis vicia ſibi laus ea cuncta
Cum fidei ſcuto domat haec ritu haſtaque verbo
Loricā ligat et bene iuſticiae induit almam
Atque ſalutaris galeam hanc invertice geſtat
Ipſa crucis clarā faciunt inſignita frontem
Frontis et aduerſae fundunt formoſa decorē
In cruce ſaluator ſaeuum quam vicerat hoſtem
Eius et hac numero ſua de ſerto alma trahebat
Ex dapibus cunctis ieiunia ſobria chriſtus
Strinxerat eripuitque arto de fauce ſuperbi
Raptoris hominem quem caſtrimargia traxit
In facinus dirum inmitem ſimul attulit iram
Huic philargiria leuis et cenodoxia truſit
Quem a regno dominus aeterna redemtio ieſus
Sed preſſit hoſtem praedam ſaluauit ab ipſo
Dapſilis atque humilis mitis et ſobrius ipſe
Cuius pugna ſalus cuius victoria ſancta eſt
Cuius in arce thronus aſpectus in infima cuius
Crux ouat orbis honor crux eſt erectio mundi
Crux mihi carmen erit criſti victoria clara

Quadragenarius itaque numerus secundum hunc modum speciem crucis format et mystici sacramenti
congrua dispositione declarat qui in quattuor summas divisus denarium per singulas ordine manifesto
demonstrat. Hoc enim ad mysterium pertinet quia sicut in quattuor partibus denarii plenitudo invenitur ita etiam
in singulis sancti evangelii libris decalogi perfectio omnibus fidelibus insinuatur. Que tamen iuncte decades unam
speciem crucis faciunt quia unitatem fidei et dilectionis societate decalogus legis et evangelii ma-
iestas concorditer astruunt. Porro ipse denarius ab uno usque ad quattuor progrediente numero con-
summatur. Idemque ut in quadragenarium surgat per quattuor multiplicatur. Hoc nimirum significat quod legis consumma-
tio non sine evangelio fiat nec evangelica doctrina attestatione legis careat. Finis enim et perfectio legis christus
ad iustitiam omni credenti. Ipse est pax nostra qui fecit utraque unum et medium parietem maceriae solvens inimicitiam
in carne sua legem mandatorum decretis evacuans ut duos condat in semetipsum in unum novum hominem faciens
pacem ut reconciliet ambos in uno corpore deo per crucem interficiens inimicitias in semetipso. Quia ergo numerus
iste laboriosi huius temporis sacramentum est quo sub disciplina regis Christi adversus dyabolum dimicamus et iam
illud declarat quod .xl. dierum ieiunium hoc est humiliationem anime consecravit et lex et prophete per moysen et he
lyam qui quadraginta diebus ieiunaverunt et evangelium per ipsum dominum ieiunium quibus quadraginta diebus
etiam temptabatur a dyabolo quid aliud quam proponit huius seculi tempus temptationis quam in carne
sua quam de nostra mortalitate assumere dignatus est prefiguret ab hora que mortis eius usque ad diluculum
resurrectionis constant hore .xl. si ipsa connumeretur. Post resurrectionem quoque non amplius quam dies
.xl. cum discipulis in hac terra esse voluit huic eorum vite adhuc humana conversatione commixtus et cum illis
alimenta mortalium quamvis iam non moriturus accipiens ut per ipsos .xl. dies significet se occulta presentia
quod promiserat impleturum quando ait. Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi. Cur
autem iste numerus hanc temporalem vitam terrenamque significet illa interim causa de proximo currit
quamvis sit alia fortasse secretior quod et tempora annorum quadripertitis vicibus currunt et mundus
iste quattuor partibus terminatur quas aliquando ventorum nomine scriptura commemorat ab oriente
et occidente ab aquilone et meridie. Ad hunc igitur mundum et ad istam terrenam mortalemque vitam
hominum ad nos regendos in temptatione laborantes venientem regem Christum matheus sic sapienter ex-
orsus est ab abraham et enumeravit .xl. homines. Abraham enim in gente hebreorum que a ceteris gentibus
ut distingueretur deus de terra sua et de cognatione sua separavit abraham. Christus venit in carne et ab ipso
cuncto mundo salutarem pertulit crucem. In hoc annorum tempore ysaac sociata est rebecca et per ipsius numeri mys-
terium Christo copulata est ecclesia. Hoc numero dierum missi .xii. viri exploraverunt terram repromissionis
et eodem annorum numero castigati sunt increduli et detractores in sterilitate solitudinis quia sepe
per presentis vite laborem quo probantur electi cruciantur reprobi. Item secundum huius numeri medietatem id est a .xx.
annis eligebantur filii israel primitus in militiam domini ut pentateuca narrat hystoria. Ut ostenderetur quia
mox ut carni ceperint sanctis bella vitiorum non parvus statim adest labor certaminum. Qui autem sunt Christi ait
apostolus carnem suam crucifixerunt cum vitiis et concupiscentiis. Metiturque hic numerus secundum
dispositionem sancte crucis in templo salomonis in loco sancta sanctorum id est .xx. cubitos in longitudine et .xx. cubitos
in latitudine ut ostendatur ipse esse sanctus sanctorum qui in crucis quadrifido confixus est stipite ut repropitia-
ret delicta populi et sanctificaret totius orbis gentes habitans inter eos et salvans omnes credentes in
se. Meritoque crux ipsa sancta sanctorum dici potest que ab omnibus sanctis mire veneratur et colitur. Nec non et ab ipsis
spiritibus sanctis angelicis qui de redemptione nostra gratulantur omni honore ut credimus digna de-
putatur qui recordantur Christum propter obedientiam crucis exaltatum et traditum illi nomen quod est super omne no-
men ut in nomine ihesu omne genu flectatur celestium et terrestrium et infernorum. Est autem quadragenarius
ipse in quattuor triangulis hic comprehensus secundum geometrice figure potestatem continens versum qua-
draginta litterarum in hunc modum. Crux sacra tu aeterni es regis victoria Christi.

Crux mihi carmen erit aures adibete fideles
Laus crucis ore manat devotas ducite mentes
Vos quibus est cristus quibus est sapiencia curae
Lux aeterna deus quibus incorrupcio amor fit
Hic sonat artificis virtus operisque beatur
Hic decor exultat hic gloria fingitur artis
Vester honor vivit quia diuida fulget origo
Vestra manet palma i ueo inmortalis in aetra
Clara quia est nobis victoria cristus ubiqe
Ipse salus vestra et uindictam fecit in atro
Pro nobis moriens iusteque obpressit iniquum
Mortem interficiens mortem dū tartara vicit
Huc huc aegroti volucri concurrite cursu en
Vester erit medicus quem crux medicabilis alto
Stipite gestavit extendit brachia curae et
Poscite curari et geminas expandite palmas
Ipsius ergo valet tactu cito in hora eadem
Reddere de castra pia atropido hic a magietis
Summa cui est virtus sapiens adibere salutē
Ars qui descendit respiscat fieri aut arte
Dampna timoris candredi uiuant signabeat a
Quinqua salutarem numerum hic giūt a beatae
Dat crucis haec species divino munere plena
Qui signat veniam qui sabbata laeta quietis
Cui legis priscae post azima festa tributae
Est inde et post sacrae sollempnia paschae
Ipse paracleti missus undique numine plenus
Pacis amore probus pacis signacula profert
Perfectus decore species perfectus honoris
Quinque cruces praebet ramis denas quoque monades
Enumerat semper quae cruce apta et amica figura
Quinque libri legis extant mandataque dena
Omnia nempe cruci concordant tramite dictu
Lex numerus tempus mysteria facta caracter
Omnes ergo crucem pariter laudemus ovantes
Solvamus vota hinc crucifixo et debita regi
Sanguine qui proprio laxavit crimina mundo

Haec igitur pagina quinquaginta numerum continet in quinque .X. litteris expressum quae et denarii nominis summam
et crucis exprimunt figuram in cuius honorem totum opus condidi. Hic iubilei tenet observantiam et
verae remissionis quae pacem toto orbi conceditur index est. Hic post typicae paschae celebrationem
et occisi agni sollempnia transitusque domini in egypto celeberrimam festivitatem legis datae in monte Sy-
nai testis est et post verum pascha agnique Christi immolationem paracliti super apostolos missi demonstra-
tor est. Hic sabbatum sabbatorum post completionem .VII. ebdomadarum monade addita designat et ae-
ternae requiei quae vere una est gaudia demonstrat ubi tunc corporum nostrorum vere suum celebrabunt sabbatum quia
nulla praesentis vitae dampna sentiet ultra labor sed in laudibus aeternae trinitatis suum digne exercebit officium quia
sine incorruptionis gaudebit se nullum habere terminum. Qua propter merito quaeritur quomodo quinquagenarius numerus
ex numero quinquagenario surgat. Quadragenarius itaque est numerus unus ex his qui vocantur impariter
pares qui dividitur quidem in equas partes cuiusque pars in alias equas dividi potest nec non et partes par-
tium dividuntur sed nonnullusque ad unitatem progreditur equalis illa divisio. Est ergo eius medietas .XX. quarta
pars .X. octava pars .V. decima pars .IIII. vicesima .II. quadragesima .I. Unum enim et .II. et .IIII. et .V. et VIII et .X.
et .XX. quinquaginta faciunt. Sed hoc incrementum minoris numeri in maiorem quid aliud significat quam profectum
nostrum praediximus ergo quod quadragenarius numerus hanc temporalem vitam et presentem designet quinqua-
genarius vero quidem futurae patriae et aeterna gaudia demonstret et quid aliud nobis per hos duos numeros insi-
nuatur nisi ut hanc vitam sancte ducentes orationibus et vigiliis atque ieiuniis instantes nec non quoque operibus et
elemosinis insudantes plena fide spe integra perfecta caritate ad illam quae in celis expectat nos patriam perve-
niamus ubi quies aeterna absque ullo labore possidetur ubi verum gaudium sine ulla tristicia continetur ubi quic-
quid hic ex parte aliqua percepimus totum atque integrum sine fine perfruetur. Porro autem denarius numerus crea-
toris atque creaturae significat scientiam. Nam trinitas creatoris est septenarius autem numerus creaturam indicat propter
vitam et corpus. Nam in illa tria sunt unde etiam toto corde tota anima tota mente diligendus est deus. In cor-
pore autem manifestissima quatuor apparent quibus constant elementa. Bene ergo numerus iste significantias
in crucis exprimitur nota quia nulla mediatorem dei et hominum reconciliati et coadunati sumus creato-
ri nostro et in filios adoptionis aeterno patri translati. Recte iubilei numerus exprimitur in crucis figura quia tota
ratio illius spiritaliter cruci aptatur. Nam servitus indebita israhelitarum in illo relaxatur et per crucem generis huma-
ni captivitas et servitus qua per peccatum nequiter atque idolis serviebat destruitur et verae libertati qua deo soli servi-
tur homo qui ad imaginem dei creatus est redditur. In iubileo quoque ad antiquum possessorem vendita possessio re-
vertitur et in passione domini hominum prior possessio id est paradysus redditur quam per pomum vetitum ipse ma-
le commutaverat escam accipiens et vitam perdens. Ibi quippe praeceptum est filiis israhel ut se abstinerent a rurali
opere et hic concessum est sanctis dei ut vacent a terrena cupiditate. Clangebantque buccina filii israhel in ipso iubileo septimo
mense decima die mensis propitiationis tempore in universa terra sua sanctificabantque annum quinquagesimum et vocaverunt re-
missionem cunctis habitatoribus terrae. Insonueruntque tuba praedicationis apostoli et ceteri praedicatores evangelii spiritus sancti gratia
repleti legem spiritaliter interpretantes et docentes in toto orbe penitentiam et remissionem peccatorum accipere in nomine
Christi omnes qui credunt in eum. Ostendit quoque ipse salvator hoc verae remissionis tempus quando nazareth veniens in sy-
nagoga legebat capitulum de esaya propheta ad se pertinens ita dicens Spiritus domini super me propter quod unxit me evangelizare
pauperibus misit me praedicare captivis remissionem et caecis visum dimittere confractos in remissionem praedicare annum
domini acceptum et diem retributionis. Annum autem acceptum et diem retributionis omne praedicationis eius quo
in carne versatus est tempus intellige quando certe lux vera quae illuminat omnem hominem venientem in hunc
mundum ad cognoscendum veritatem verbo et miraculis aperuit visum et in cruce moriens dimisit captivos confractosque
in remissionem quia destructis vinculis mortis resurgens in gloria ascendens in altum captivam duxit captivitatem
dedit dona hominibus. Quod autem haec testimonia ad ipsum pertineant testatur evangelista lucas cum subiungit salvatorem
hoc idem auditoribus suis affirmasse ita dicens Coepit autem dicere ad illos quia hodie impleta est haec scriptura in
auribus vestris et omnes testimonium illi dabant et mirabantur in verbis gratiae quae procedebant de ore eius. Continet autem
in quinque .X. notis unus versus quinquaginta litterarum hic. Quinque iuvat apice ast sacra dicere de cruce et haec
nam est. Per singulas notas denis litteris subputatis sed hoc in pronuntiatione ceterum autem in scripto .VIIII. gram-
mata unicuique notae deputantur. Nam media littera singularum notarum communis est utrique tramiti et ei qui dex-
trorsum et ei qui sinistrorsum vadit.

Sanguinis·ergo·sacri·nos·fusio·lavit·et·unda·
Sordib⁹·acunctis·detersit·et·omnia·christus·
Noxia·uña·passus·labeſculit·hic·quoq;·nostros·
Delens·aratum·contraarvem·tum·cirographum
Lumen·euangelii·mirabile·condidit·auctor·
Quod·facit⁹·ſcriptouetatomuia·vana·recuſat·
Quod·vitam·ſiguanſincunc ro expenditur·orbe·
Lumen·virtutum·ac·cenſuet·dominantis·vbiq;·
Iudicat·oratum·p·andeus·quo·mi·ſtica·ſcripta·
Monſtrant·dona·na·der·quanta·omni·b⁹·optulit·ore·
Aſt·decies·duodena·tenet·hic·lauda·caracter·
Grammata·nec·hoc·vna·ſemel·ſed·hoc·quater·vna·
Magna·notans·fidei·myſteria·magnaque·fidis·
Gaudia·demonſtrans·medicinae·munera·grata·
Et·ſorialide·decus·quod·ſpiritus·auctor·inore·
Ardens·luxdederat·concordi·muner·elinguae·
Hincque·alacer·coctus·ſacratum·iae·tat·ubiq;·
Hoc·nomen·ret·e·expandens·q·od·ſagu·ain·abyſſo·
Mundi·pienaltare·trahat·et·frenet·ut·omnes·
His·freuis·crucis·ut·q;inlinguia·criſtus·ubiq;·
Digne·commender·hominr·quaem·agna·religenat·
In·multis·dona·adiungens·proba·proemia·nati·
Enorbis·domini·qui·conditv·roemia·in·aucte·t·
Multiplicat·dignis·iuſte·cum·patre·ſuperno·
Regnator·regnans·cuncta·ditione·gubernans·
Qui·pignus·dederat·paraclitum·iure·ſalutis·
Ut·regat·et·ſeruet·perducat·ad·atria·vitae·et·
Pſallite·deuote·vitam·bene·pſalliter·criſto·
Gentes·ac·linguae·vernm·et·cognoſcite·regem·
Virtutemq;·patris·quadecumbit·dira·potentem·
Morſque·ſui·ſimul·irerum·ſcitat·e·parentem·
Haec·laus·culmen·habet·exncro·germine·parta·
Aeternam·regi·emiſteeſt·naturae·iudit·ordo·
Seruet·ut·iudit·atantum·et·ſpeeret·dona·beata·
Gloria·haec·virtus·et·ſummaet·cauſa·qietis·
Iſtequei·urabene·conſeruat·liber·ac·hic·eſt·
Qui·bona·ſumma·cupit·rite·et·medioori·aducit·

Deniq; sancte crucis formã greca littera lauda ī hac pagina p quatuor loca pōita
exemplat͛ que et ·xxx· numerũ aput grecos significat· Hec ergo quia quater hic
ponit͛ ·cxx· numerũ efficit cuius sacramentũ magnũ est· Nam legunt͛ añ diluuiũ·
cxx· ad penitẽciã homĩb; dederit et salomoniaci templi altitudo ·cxx· cubitorũ erat ⁖ anni
et sup ·cxx· uiros in die penthecostes sp̄us scūs uenit ī quatuor eñ notis adimpl̄m
effluentib; ·iiij· ewangelia significant͛ in quib; singulis tricenarius numerus ī uenit͛
quia fides scē trinitatis et pfectio mandatorũ in singulis scī ewangelii libris plenis
sime predicatur· proinde illud quod archa noe cum ex dei precepto construebat͛ et ad saluacionẽ
electorũ ad similitudinẽ scē crucis impijs diluuio perituris preparabat͛ ·iiij· cxx· annorũ calculo pe
nitẽcie tempus homĩb; ante decretum est quid aliud significat quam quod ita tantũ afflicti
bus huius seculi possim; pmanẽ illesi si ewangelice doctrine in fide sancte trinitatis digne operantes de
uotis mentib; obediem;· hoc aũt quod omīs altitudo ·cxx· cubitorũ fuit ad idem sacramentũ respicit
quod et p̄mitiua in ierosolimis ecclia post passionẽ resurrectionẽ et ascensionẽ dñi in celos in hoc nu
mero uirorũ gñm sp̄m scm̄ accepit· Itaq; procedente naturalis numeri progressione ab uno usq; ad
xv· et collectis in unũ oĩm locorũ summitatib; ·cxx· fiunt· xv nanq; que excepte et octo constant
solent non numquã ad significacionẽ referri uite future que nunc in sabbatissimo geritur ani
marũ fidelium pficietur autem in fine seculi resurrectione corporũ immortaliũ· Una xp̄t apte nume
ro centenario et uicenario magna electorũ beatitudo in futura uita designat͛· Apte in hoc triuum do
minus dm̄ cenaculũ consūmatur quia post pñtes huius labores post acceptam in futuro requiem
animarũ plena tocius ecclie felicitas in resurrectionis glīa complebit͛ ad quod mysterium eque per
tinet ut dicim; quod resurgens a mortuis atq; ad celos ascendens hunc numero uirorũ sp̄m
scm̄ in linguis igneis misit eosq; qui diuersitate linguarũ ad inuicẽ discrepauerãt repente oĩm
cognicione loquellarum communem in laude sua fecit habere sermonem· Nam ecclia suo tē
pore resurgens a morte atq; ad celos ascendens in eternẽ incorruptibili plene ac pfecte dono
sp̄us scī illustrabitur· Quando iuxta pmissum apli erit deus omīa in omnibus· Tunc ple
na erit ad unacio linguarũ in omĩb; ad predicanda magnalia dei quia consona mente ac
uoce omīs diuine glīam maiestatis quam presentem uident collaudant· Tuncq; uox illa
psalmi pfecte complebitur· quia sp̄us scūs per prophetam omīs gentes ad laudem dñi prouo
cando exhortat͛ ita dicens· Laudate dñm omīs gentes et collaudate eum omīs pplī· Qm̄ confir
mata est sup nos mīa eius et ueritas dñi manet in etnũ· Quando quotquot de omnib; genti
bus ad uitam predestinati sunt eciã omnibus scandalis de ecclia xp̄i panglorũ officia eiectis
vniti capiti suo vnam laudi deo omnia membra concorditer et perpetuo cantabunt· No
tandum quoq; est quod non solum lauda littera hic per ·iiij· loca posita ·cxx· numerum
in suo solo caractere ostendit ·xxx· p singulas sed et iam uersus xp̄i qui in illa conscripta sunt
unusquisque ·xxx· litteras continet· Est quippe uersus hic in suppema laudarum· Est orbi
toto comun· nam passio uita Iste quoq; in infima· Arua crux una spes libertatis ab im·
Hic namq; in deteriore Lux leta lucet diuino munere plena· Atq; hic in sinisteriore· Ye
uiat uitu signat et premia regni ⁖

Lex quoque uera dei uincenda eſt ſorte beata
Ecce crucis criſti qua ſoluitur orbis ab ira
Ducitur ad uitam portum capit atque quietis
Aruigenae primi lapſum poſt naufragus ipſe
Nam quia per uetitum mors uicit noxia lignum
Et genus humanum feralate abſumpſerat omne
Faucibus a mortis per lignum tolleret ut hoc
Iure crucis placuit reparantr ponere palum
Dire quodque atrox madido gluttiuerat aluo
Euomeret ſicco lueret quhint debite paenas
Inuaſit rapuit dominatum quod male crux fur
Id uoluit ſignare modis in dogmate ſcriptis
Teſtamentorum deus auctor opus crucis ipſe
Praedixit docuit ſeſe et conpleſſe fatetur
Magnipotens crux hi ut ideo ſe tota coruſcam
Excipere in lucem monſtrat data calle dicato
Biſtefaros iuſtis ſe cuncta peraera teſtans
Tentes ac populos ad celſa et prouocat aſtra
Exemptos notat et noctis orat ualacreſcit
Non paruum facere hinc et regnu ducit ad alta
Hoſte fit expulſo uictrix nec fallit in arte
Sed ſolum generis dominans miracula ſiſtit
Omnia regna ſibi propter ſua dona miniſtrat
Deuota et placida manſueta quieta redempta
Quot habet en linguas orbis et iura loquelae
Hoc numero ſignat adiuum uenientibus atque
Tramittis hoc pandit ſaluator diſcipulorum
Nam octies ut nouies parietos dicitur orbis
Hincque nouem pie reliquias in luce beatum
Spiritu num datur octaua ut ſupplere creator
Uellit rite die hoc et claudere ſaecula fine
Omnia namque orbis ſcelera conſumpſit in ipſo
Flammiuomo crucis ardore paciendo creator
Sed tamen ex carnis parte aſt diuina reluxit
Natura inſcripto ſobrium produxit et ortum
Legem nempe ſuam crucis ordine fecit amatam
Iure leuem ſuauem et ſcandendi munere dicem

Hanc igitur figuram plenam esse mysterio oportet intelligi in qua per .iiii. eptago-
nos .lxxii. numerus demonstratur. Secundum cuius pluralitatem gentium linguas
diuisas esse uera opinio est et libros canonicos ueteris ac noui testamenti
intra eius summam comprehensos esse non dubium est designauit autem
et ipse dominus exceptis .xii. apostolis alios .lxxii. discipulos et misit illos binos ante
faciem suam in omnem locum et ciuitatem quo erat ipse uenturus ut nu-
merus designatorum discipulorum concordaret multitudini gentium et diuisio-
ni linguarum quatenus omnes gentes fidei lumen perciperent et gratie christi mererentur esse parti-
cipes. Sicut ergo .xxiiii. horis totus orbis peragitur atque illustratur. ita mysterium illustrandi
orbis per euangelium trinitatis. In .lxx. duobus discipulis intimatur. uicies quater enim trini septua-
gies dipondius sed hec distributio apte figure sancte crucis mancipatur quia per ipsam sacra-
mentorum christi dispensatione totus orbis glorificatur. Ipsa in .iiii. eptagonis hanc mysterii ra-
tionem notat quia ipsa in .iiii. sanctis euangeliorum libris diuina carismata per .iiii. plagas orbis
dispensat ipsa in utroque termino idest in eo qui sursum et in eo qui deorsum uadit per
duos eptagonos sexies senarium ostendit quia omnem perfectionem per se nobis prouenire siue
in longanimitate spei siue in amplitudine caritatis in perseuerantia bone actionis seu in excel-
situdine contemplationis satis nobis innuit in toto octies nouenarium in se multiplicatum
continet quia ex omnibus gentibus in octonario numero hoc est corporum resurrectione adaug-
mentum nouem ordinum angelorum electos dei peruenire docet. O uere bona et uera sancta crux christi
quis tecum totam enarrare potest aut quis condigne laudare que celestium archanorum pia
es reuelatrix que mysteriorum dei sacra es conseruatrix queque sacramentorum christi idonea es dispensa-
trix. In te angeli gaudia sua accumulata conspiciunt. In te homines iura salutis sue cognos-
cunt. In te inferi iustam retributionem fraudis sue percipiunt omnibus es equa omnibus
bona omnibus iusta preterita renouas presencia illustras futura premonstras perdita re-
quiris quesita inuenis inuenta custodis lapsa restituis restituta gradu muniens muni-
ta. In uiam pacis dirigis tu quidem etiam regis es uictoria et celestis milicie leticia ter-
rigenorumque potentia tu peccatorum es remissio pietatis exhibitio et meritorum augmenta-
tio. Infirmorum remedium laborantium auxilium et lassorum refrigerium. Sanorum incolumitas
quietorum serenitas et fortunatorum felicitas tu aura egrotos medicans: tu gaudium mestos
consolans tu sanitas dolentes letificans. tu status credentium recte tu firmitas operantium bene
tu beatitudo perseuerantium rite sancta pia benigna. rationabilis laudabilis uenerabilis ama-
bilis fortis suauis mitis sapiens patiens potens. Quicquid ergo corde digne de te redemptio-
ne nostra potest cogitari uel quicquid lingua rite loqui omnia ad laudem tuam decentissime
possunt aptari. quia quicquid laudat crucifixo in te christo regi deputatur et quicquid christo
honoris datur ad reuerentiam summi patris refertur. cuius ipse unigenitus filius est. de quo ipsa ueritas in
euangelio testatur qui me recipit recipit eum qui me misit. Et iterum. qui me spernit eum qui me mi- ÷ spernit
sit. et qui non honorificat filium non honorificat et patrem. Omnis quippe qui negat filium nec patrem
habet. qui autem confitetur patrem et filium patrem habet. quorum simul cum sancto spiritu una est maiestas. una
potestas. honor et claritas in sempiterna secula. Est namque unus uersus in erecta crucis par-
te idest in duobus eptagonis a summo deorsum descendens et per sursum eptagonorum legen-
dus hic: In cruce lex domini decoratur luce corusca. Alter uero in transuersa eius parte in duo-
bus eptagonis comprehensus et similiter per transuersum eorum legendus iste. Gentes et
lingue sonantur laude sancta.

Criſtus·amor·uotum·mihi hic ut·pia·munera·dat·haec·
Carminis·hic·preciū hicn ia orcio·fida·q'ietis·
Qui·bona·cuncta·proba nſo pe·rant a·et·talia·rite·
Dona·ſuis·famulis·largitur·adit aque·cunctos·
Hortatur·miſerans·ſpondet·pie·conditor·arcem·
Iam·poſſe·impetrare·poli·ſceptra al·tage·regna·
Et·ſpes·firma·fides·ſummi et·cupit·hic ca ſancte·
Caſtus·amor·nec·amat·memorans·haec·perdit·orſa·
Dona·gidem·haec·veniens huc·orue mli t ei gcunda·
Sparſerat·in mundo·anteriore·valencia·fructu·
Quo·docuit·mundum·dedi cauſ e in de teriora hic·
Praeceps·mallet·abire·loc o da ns·iura·magiſter·
Noſcere·euangelij·et·d ir um m auſueſcere·morem·
Yt·deus·arce·poli·et·iuſtus·cum·aduenerit·iſtuc·
Auctor·abaetherei·iulſtis·dare·proemia·patris·
Dextra·tunc·meritis·capiat·bona·munera·dignis·
Iſte·quidem·numerus·ſanantis·ſignat·utrumque·
Aduentum·domini·hinc·arcebat·quando·tyrannum·
Quando·virhic·factus·tant a·bona·reddit·orbr·
Poſtq'·ſuumeſ·cunctis·baptiſma·proba·edidit·ore·
Hunc·ſummoect quando·ſaluans·patre·iu ett itur us·
Iudex·ethomo ſalpixi ctou m·proemia·ſancta·hinc·
Fert·pri ushis·alto·dare·et us qev idere·ſuperur·
Nempe·ſacram·facie m·quos·ue r us s n unciat·auctus·
Eſſe bonis meritis·ſpallendum·canti ca·partos·
Quae·cantare·ſolet·ſo nsa lma·ut·ſcripta·ſerena·
Apokalipſis·habent·dilucida·ivragmina·ferre·
Gloria·virtus·e c ſcel ſo·omni·die atq'e·peraeum·
Alleluia·ſonat·quiſqhameua la·eri thaud·hac·
Et·deus·et·dominus·placandus·noſter·ubique·eſt·
Quod·iuueris·nos·ſcriptio ut·al meſt aer is·arce·
Cū·appa n euit·ouans·ſeruorum·hinc·et·rapit·almi·
Turba·ntil·perdens·accc andal a·inal moue tira·
Deuotos·famulos·frumenta·ut·mittat·inhorreum·
Felix·qui·ualet·atq'·elicet·cur·ſcandere·caelum·
Et·lactum·domini·bene·chriſt intendere·vultum·
Cui·manet·altus·amor·perfectio·redditur·omnis·
Angelicique·choris·permixtus·gaudet·ubique·
Laudibus·et·certat·cantando·pſallere·chriſto·
Cantica·rite·noua·hoc·tudium·deponere·ueſcit·
Regna·quia·aeterna·ſ c tum·et·bene·gaudia·nouit·

Quid itaq; hec figura sit et quid significet ut exponatur necesse est. Una quidem ista est figurarum que ap
pellantur note sententiarum specialiq; uocabulo hec agens uocatur crismon exclusiuitate unius cu
iusq; ad aliquid notandum inuenta sed maiore dignitate nunc a christianis ad exprimendum nomen
xpi assumitur quasi due littere prime nominis eius uno monogrammate simul comprehense idest .x.
et .p. cur aut modo a nobis in hoc opus sit assumpta hec ratio est. Notatur enim in ipsa ille nume
rus dierum quo predicasse mundo xpus creditur et ille qui ante aduentum eius secundum ab antichri-
sti temporibus usq; in finem mundi futurus secundum danielis prophetiam ab orthodoxis ecclesie magistris
expositus est ita ut in .p. littera prior numerus idest mille .cclx. quod sunt tres anni et semis inueniatur quo tem
poris spacio xpus in mundo predicasse cognoscitur menses enim trium semis annorum idest tricies quadringenti et
bini mille .cclx. dies efficiunt sub quo numero ciuitas sancta calcari agentibus in apocalipsin describitur et mulier
a facie draconis fugere in solitudinem ubi locum habet paratum adeo ut ibi pascatur eodem numero dierum qui nu
merus mystice omnia xpianitatis tempora complectitur ut patrum firma habet traditio quia xpus cuius hoc cor
pus est tantum in carne temporis predicauit quo sine sub spe eterne peregrinatione presentis heremi gaudet
seu persecutionis molestiam ab infidelibus uel a falsis fratribus patitur .x. Itaq; littera illum numerum continet quem
danielis prophetia dicit. In anti christi tempore futurum idest .m.ccxxxv. dies ita enim ibi scriptum est qui expectat et beatus
et peruenit usq; ad dies mille .cccxxxv. quod beatus Jeronimus sic exponit. beatus inquit qui interfecto antixpo supra
mille .ccxc. dies idest tres semis annos dies .xlv. prestolatur quibus est dominus atq; saluator in sua maiestate uen
turus. quare autem post interfectionem antixpi .xlv. dierum silentium sit diuine scientie est. Nisi forte dicamus
dilatio regni sanctorum probatio est patientie sed quia manifestior est modo supra dicta si ipsas litteras que in hac
figura conscripte sunt et positione sua monogramma conficiunt simul cum earum numero secundum ordinem conscri
bamus spatium calamo adhoc concedat littere autem in .p. posite hoc sonant. ΟϹ ΩΤΗΡ · ΙΗϹΥϹ · ΑΛΗ
ΘΙΑ. tria uidelicet nomina xpi que latine interpretantur salutaris. saluator. ueritas sed duo nomina
greca posteriora integra serie litterarum conscripta sunt idest. ΙΗϹΥϹ · ΑΛΗ ΘΙΑ. tercium aut idest. ϹΩ
ΤΗΡ. secundum morem grece conscriptionis tribus excepto .Ο. articulo litteris notatur. Ϲ. scilicet. Η. et Ρ. et fiunt
omnes littere que in .p. conscripte sunt numero .xv. quarum prima est .Ο. numerum notans .lxx. secunda .Ϲ. cc.
significans tercia .Η. cum .viii. numero. quarta .Ρ. centum exprimens quinta .l. x. sexta .Η. viii. septima .Ϲ. cc.
octaua .Υ. cccc. nona .Ϲ. cc. decima. Α. i. undecima Λ. xxx. duodecima .Η. viii. terciadecima .Θ. viiii. quarta
decima .l. x. quinta decima .Α. i. demonstrans que copulate omnes faciunt numerum mille cclv. et adhuc
remanent ad supradictam plenitudinem. Numeri .v. que in ipso adhuc caractere .p. inueniri possunt. ita si diui
datur ipsum .p. idest. ut suprema pars que in se imaginem .D. littere habet quattuor numerum signet et infima
que .i. latinum format unum numerum potestate latinorum ostendat et ita millenarius et ducentenarius et
sexagenarius numerus in .p. inuenitur .x. aut que altera pars est monogrammatis tria nomina similiter con
tinet comuni modo litteris conscripta idest ΘΕΟϹ · ΧΡΗϹΤΥϹ ΙΗϹΥϹ. littere aut he sunt Θ. viiii. exprimens .Ϲ.
cc. x. dc. p. c. Ϲ. cc. l. x. Η. viii. Ϲ. cc. denotans. qui simul fiunt mille cccxxvii. et adhuc remanent .viii. qui auge
tur si .Η. littera que in medio octo litterarum sita est uicem etiam optinens cum numero octonario .dc. p. ad
datur. Sunt quoq; tres uersus in monogrammate in maioribus litteris cum minoribus intus conscripti quorum primus
ab .o. incipiens per omnes litteras maiores in circuitu uadit que dexte figuram supra uno ostendunt et duo nomina
greca tenent hoc est .o. soter iesus in nouem litteris comprehensa. Nam alma decem dicunt scripta hunc
quod nomine cristi. Secundus quoq; quoq; in reliqua parte. Ro. idest in linea que recta deorsum uadit
et nomen alethia tenet In .vi. litteris grecis scriptum iste. Sancta salutaris laudat hec scriptio cristum.
Tercius quoq; est qui in chi littera .viii. litteris in quibus sunt tria nomina notata hoc est theos. xpus. ihsus
continetur. Ita. Cristus homo est placidus nempe arbiter hic quoque mundi est.

Nobilis ecce micat floſ regis nomine pictus
Atq̄ notis ſignant victoris facta potentis
Cornua laeta crucis trino ſic condita verſu
Quae numerant ſex in ſignum quater arte monades
Perfectumque decus oſtendunt rebus ineſſe
Omnib⁹ omnipotens quas condidit atq̄ redemit
Clara dies illa eſt qua conditor omnia finxit
Non minus haec lucet doctor qa cuncta beauit
Tum bona cuncta bon⁹ conpleuit facta creator
Nunc pie cuncta pius opera benedixit amator
Quattuor ergo plagas laudat ſenarius orbis
Sex micat in numeris perfect⁹ prim⁹ et ipſe eſt
Diuidit ipſe diem totum conſtringit et ipſe
Anni menſis q̄ biſſextilis atque quadrantis
Hic numerator adeſt attollens tempora nutu
Saecula fine capit et claudit limite mundum
Vitam perpetuam tunc regna et lucida ductor
Dat ſuper aſtra pius dimittens de vita vultu
Inde re conſignans ieſus pia pnoemia ſcis tu
Ex omni mundo his quos ſantad dona coruſcans
Conduxit fidei lux virtus et indidit hauſtus
Verus amor decorat iuſtri beat atq̄ opus almum
Ergo plagis orbis conſignat ab omnib⁹ aſt hic
Appoſitus numerus en undique pergere plebes
Ad crucis auxilium pia numina poſcere ieſus
Perfectumq̄ decus perfecto dogmate diſcant
Perfectae fidei quod facta benigna ſequantur
Omnia nempe deum verum haec teſtantur ubique
Perfectum perfecta quidem formonſa decorum
Quae vertigo poli torquat qae condit olympus
Quae mare quae tellus qae caeli continet aula
Aſt quoque nos homines in rebus portio parua
Sit et crucem cantu ſaluantem et voce ſonemus
Qui bene nos fecit quiq̄ auxit quique redemit
Carmine et in celebrit crebros cantem amores
Nos ſatis ipſe opere ſacro et tutamine nobis
Iam inpendit ſua ſi tius ſit oſtendit amauit

Ecce crucis domini quattuor cornua senarius numerus decenter concludit et totam
perfectionem perpetrati operis ostendit quia in ipsa rerum conditor consummacio
nis sue fecit indicium cum accepto poculo consummatum ē dixit. Recte enim ibi con
summatum esse scriptum est. ubi humanum genus liberatum est quia non solum ho
minibus passionis xpi factum profuit cum ipsi redempcionis gratiam consecuti sunt
sed et iam celestibus angelorum turbis cum in eos numeri sui plenitudinem adep
ti sunt. quater enim seni .xxiiii. reddunt quo numero horarum. celestis spere ambitus cir
cumfertur et naturalis diei cursus in diurno siderum circumvencionum deprehenditur. quo nu
mero libri veteris testamenti in canonicam auctoritatem aput hebreos recipiuntur. ruth et cinoth
librorum vice connumeratis quo numero in sorte levitica tribus per david distributa est et
cunctos filios aaron per vices deo ministrare decretum est et merito ut numerus electorum ponti
ficum premonstraret eternum xpi sacerdocium qui pontifex factus secundum ordinem melchisedech
in ara crucis immaculatam se obtulit hostiam deo. agnum videlicet illum qui abstulit
peccata mundi cuius sanguinis aspersione sancta et sancta sanctorum mundata sunt et venia
expiatione peccatorum omnium sordes ablute sunt. Huius eiusdemque numeri seniores
in circuitu sedis illius potentissime de qua apocalipsis narrat unde procedunt fulgura
voces et tonitrua sedisse describuntur. Ecclesiam videlicet designantes per geminum testa
mentum de patriarchis et apostolis generatam que obuidiariā eius in xpo dignitatem
in circuitu illius sedisse cernitur. de qua dicit salvator regni sui potentiam demonstrans
Et ego inquit si exaltatus fuero a terra omnia traham ad me ipsum. Traxit quippe ad se cuncta
salvator cum in cruce positus omnem sibi subiecit potestatem. de qua resurgens tercia die
discipulis suis locutus est. Data est mihi inquit omnis potestas in celo et in terra. de qua
et apostolus testatus est. xpus inquit factus ē pro nobis obediens patri usque ad mortem.
mortem autem crucis. propter quod et deus exaltavit illum et dedit illi nomen quod est super om
ne nomen ut in nomine ihesu omne genu flectatur celestium terrestrium et inferno
rum et omnis lingua confiteatur quia dominus ihesus xpus in gloria est dei patris. De thro
no ergo isto procedunt fulgura voces et tonitrua quia post passionem salvatoris
resurrectionem et ascensionem ad celos discipuli eius sicut marcus scribit profecti
predicaverunt ubique deo cooperante et sermonem confirmante sequentibus signis. quorum
unus congregatis adversum se iudeis magna auctoritate respondit. Notum sit in
quit omnibus vobis et universe plebi israel. quia in nomine ihesu xpi nazareni quem vos
crucifixistis quem deus suscitavit a mortuis in hoc iste astat coram vobis sanus hoc
est lapis qui reprobatus est a vobis edificantibus qui factus est in caput anguli
et non est in alio aliqua salus. Nec enim nomen aliud est sub celo datum hominibus in quo
oportet nos salvos fieri. Et doctor gencium corinthiis ait. michi autem absit gloriari nisi
in cruce domini nostri ihesu xpi per quem michi mundus crucifixus est et ego mundo. Sunt
quoque in .iiii. trigonis circa crucem .iiii. nomina celestis triumphatoris conscripta
que sancta crux in mundum foliorum recipere lilii promptius dilatat et a medio scilicet sui
incipiens hoc est a duobus nominibus christus ihesus. ita quidem ut viciniores crucis sint et innixo
duo nomina in ea foliorum idem fortis virtus atque in dextra et sinistra alia duo idem victor clarus sic
que duo ultimis scripti inveniuntur in cruce a binis trigono in albo quorum iste ē textus in longitu
dine Fortis complevit tristus sua famina virtus In latitudine quoque Victor con
signans iesus pia premia clarus.

Ac nunc uos cantate nouum benedicite criſto
Plebs cantum dilecta deo ſanctiſſimus ordo
Pſallite non aliis uoſmet imitabile carmen
Inmortale decus caeleſte hoc ante tribunal
Ante quater ſaenos ſeniores quatuor atque
Diuerſae formae ante animalia iure ſuperna
Primitiae chriſto inmaculato numinis agno
Atqe deo uero inmaculatae et fortis honores
Eſtis uos emptae qe cohortes ſanguinis oſtro
Caelo ex terrigenis cantatis rite tropaeum
Citharis modulans aſtrunultum laude ſerenat
Veſtra manus ſacra uocibatria replet ubiqe
Ceu uoces tonithru fuſis clamoribus aetram
Tamqam et multorum ualles uox replet agarum
Linguaqe ueſtra doli ignara nec nouit iniqa
Ante thronum domiur ſſitis ſed dicere digne
Laudes carmina et artatis bene hicue parati
Verſigna quae non ſpernit yeſter gremio rex
Ra hoc nullus diffundit dux niſolus et auctor
Inderi ſofamine qv hoc modo ſplendida donat
Munera cantatae hinc illi probus ordo piique
Virgineo inhabitu mares qoqꝫ femina lactans
Infans atqꝫ anus pariter iuuenes qe ſeneſque
Qr non polluteſtis necv vmquam mulierum hic
Qa propter iam mitis vbi ruſtis proemia donat
Omnipotens pergit ieſus quo virginis agnus
In pratis depaſcit ouatque merite ſequentes
Sidera celſa ſuper opaſcua paſcitis agri et
Nunc iam ueſtra capit virtutum proemia uita
Iure ſtolam qam virginis enres attulit vnam
Rempe aliam in fine agnus cum corpore reddet
Poſcite poſco crucis voſmet perſigna beata
O populi turmae plebs agmina turba cohortes
Qui ſuper aſtra locum ſedeſqꝫ tenetis in arce
Quod nobis ueſtra laus repet conferat agnus
Proemia laeta deus cum ſanctis luce ſuperna
Audire ut liceat ueſtrum per ſaecula cantum

Continet ergo haec figura sanctae crucis in IIII pentagonis formata numerum CXLIIII litterarum in IIII versibus conscriptum, secundum cuius pluralitatem millenario multiplicato in apocalipsi multitudo illa signatorum ex omni tribu filiorum Israhel computatur, numerusque ille albatorum qui cum agno supra montem Syon stabant denotatur. Primo videlicet in signatorum milibus innumerabilis significatur tocius ecclesie multitudo que de patriarchis vel prosapia carnis vel fidei est imitatione progenita. Sicut enim inquit: vos Christi, ergo Abrahe semen estis. Ad augmentum autem perfectionis pertinet et ipsa XII duodecies multiplicari et ad summam millenario perfici, qui est denarius numerus quadratus solidus significans stabilem ecclesie vitam. Ex quo igitur dominus passus est, contritum est imperium mundani principatus et ad hoc gentium conflatum est imperium, ut signo fidei cui resisterant facies suorum libere denotarent. Signum itaque fidei est crux Christi ad cuius similitudinem thau littera formata est, de qua in Ezechiele ita scriptum est: Et gloria domini Israhel assumpta est de cherub que erat super eum ad limen domus et vocavit virum qui indutus erat lineis et atramentarium scriptoris habebat in lumbis suis et dixit ad eum: Transi per mediam civitatem in medio Ierusalem et signa thau super frontes virorum gementium et dolentium super cunctis abhominationibus que fiunt in medio eius. Et dixit illis audiente me: Transite per civitatem sequentes eum et percutite, non parcat oculus vester neque misereamini. Senem, adolescentulum et virginem, parvulum et mulieres interficite usque ad internicionem; omnem autem super quem videritis thau ne occidatis, et reliqua. Recte enim omnis iniquus mucrone infidelitatis interficitur qui signum fidei bono opere in semetipso ostendere neglexisse convincitur, et merito unusquisque bonum opus operando per crucis Christi potentiam liberatur, quia dum fidem quam in baptismo percepit inviolatam usque in finem mandata Christi implendo conservasse cognoscitur. Deinde grex ille dealbatorum in eiusdem numeri quantitate annumeratur et sancte virginitatis in electis copiosa numerositas intimatur. Sed finitum tamen numerum pro infinito hic positum quisque sanum sapiens intelligere debet secreti significatione mysterii, virginali aptum examini, quod deum ex toto corde tota anima tota mente diligens corpus quoque quod ex IIII constat elementis illi est integritate sanctius. Ter enim terni novem, et quater quaterni decem et sex; sedecies autem novem CXLIIII adimplent, ut cum de his qui maiores inter gradu constituti merito in Syon monte cum agno tam perfecta multitudo cernatur, de ceteris ecclesie membris non dubitatur. Et cantabant quasi canticum novum ante sedem et ante IIII animalia et seniores et reliqua. Illi quasi cythara sua cantant corde et angelice privilegio castitatis totos se domino faciunt holocaustum et tollentes crucem suam secuntur agnum quocumque ierit cantabantque quasi canticum novum quod nemo alius poterat canere, quia singulariter canticum agno cantare est cum eo in perpetuum pre cunctis fidelibus etiam de carnationis incorruptione gaudere, quod tamen electi ceteri canticum audire possunt, licet dicere nequeunt, quia per caritatem quidem illorum celsitudine leti sunt quamvis ad eorum premia non assurgant. Vetus quidem erat canticum his qui habent semen in Syon et domesticos in Ierusalem. Et item: Crescite et multiplicamini et replete terram. Novum enim est: Letare sterilis que non paris, erumpe et clama que non parturis, quia plures filii deserte magis quam eius que habet virum. Et item idem propheta dicit: Et non dicat eunuchus: Ecce ego lignum aridum. Hec dicit dominus eunuchis qui custodierint sabbata mea et elegerint que volui et tenuerint fedus meum: dabo eis in domo mea et in muris meis locum et nomen melius filiis et filiabus; sempiternum dabo eis quod non peribit. Et item: beate steriles que non genuerunt et ubera que non lactaverunt et reliqua. Habent quippe nomen eius et nomen patris eius scriptum in frontibus suis, quod in confessione sancte trinitatis dedicata ecclesia fronte sua fidei gestat insigne, quod per sancte crucis mysterium in christianorum frontibus primum et frequenti manus inscriptione signatur. Ecce unusquisque IIII pentagonorum XXXVI litteras continet; sed non ideo quod hic numerus quinque angulorum figuram faciat — nam XXXV pentagonus est — sed ad intimandum aliquod sacramentum ita positus est. Quinarius ergo numerus legem significat et quaternarius evangelium. At IIII pentagoni cum adherentibus sibi IIII unitatibus IIII cornua crucis complent, quia passione Christi et cruce completa lex simul et evangelium in totam mundi latitudinem predicanda doctoribus commissa sunt; unde in exemplum datos utriusque testamenti patres fideles ubique in universo orbe castitatem servando imitari satagebant, qui agno sancti super montem Syon quasi canticum novum in cytharis suis cantabant. Ergo IIII unitates que pentagonis extrinsecus adherent in IIII litteris unum nomen conficientibus id est CRUX demonstrantur, ut et pentagonis suis ad usus complendos coherent et ad unius sinum demonstrandum sibi mutuo uno nomine necterentur. Est quoque hic versus in eminentiore parte crucis: Inmaculata cohors cantas tu vocibus illic. Et in ima hic: Rex ubi Iesus ovat qua pascit virginis agnus. In dextra vero iste: Carmina que nullus diffuso famine cantat. Et in sinistra iste: Hic vester grex ut solus et splendidus arca.

Laus pia perpetua ſanctorum in luce ſuperna
Adſis terrigenis aliquid quod dicere digne
Iam de te yaleant auidaque implere dicenter
Ora bonis poſſint modulis et cantibus almis
Nempe ego te cecinv crux iſto in carmine viuo
Verſibus exoptans cantando et reddere vota
Sed tu cuncta ſuper excellens munera noſtra
Maieſtate potens vincis terreſtria vincis
Sydera celſa poli nec ſat ualet ullus honori
Namque tuo facere condigna nec addere verba
Temptaui que ideo hic extaclis myſtica voto
Ducere verba tibi contemplans apta figurae
Diſpoſui ſignis diſperſo et tramite cantus
Inſerui angelicos inter et verſibus aptis
Nempe amen in medio uitae ſignacula ſpondet
Alleluia crucis circumdans cornua complet
Et ſacram effigiem caeleſti carmine ſignat
Nam iuſti hinc incept radeuote et munera tota
Ex ſuperaut narrant ecnunc ſper ardore
Inmiſſus bona det palmae et mors illa remota
Aufugiat primam nocuit quae liuida ſtirpem
Humani generis truculenta abſorbuit atque
Progeniem totam et detraxit in ima profundi
At nos quotquot amor in caelos eleuat iſtinc
Rite ſacrum domini placemus carmine uultum
Carmine namqꝫ illo quod erit in ſedibus altis
Quod cantant iuſti cantabunt perpete voto et
Hoc tum rite placet ſi implem iuſſa tonantis
Mentibus et ſpecie factis et famine linguae
Nam tantum ſermo haec iuſti nou proemia cara
Accipiet ſed uera bene per famina uirtus cum
Haec laus non bona laueſed ueri fictio falſa
Sit quae magna canit alta uult parua meretur
Ergo age uos criſtum laudate fideliter odis
Caeleſtes populi uirtutes voſque potentes
Iuſtorum et plebes qi in caeli ſiſtitis arce
Pſallite amen alleluia per ſaecula chriſto

Hic ergo laus illa quam ſcōꝝ vox in celis creditur ꝑpetuo deo cantare ſic̄ cunctis īſcriptu imitatur figuram allā
videlicet et amen quam iohēs aplūs et ewāgliſta īapokalipſi ſcribit poſt interfectionē et dānacionem
meretricis magne que ſeducebat omnes gentes in fornicatione ſua et cum qua reges fornicati ſunt ſe au
diſſe vocem turbaꝝ multaꝝ devote in celo cecinisse et ſepius iteraſſe. Ita enim ibi ſcriptum eſt. Poſt hec au
divi vocem quaſi vocem magnam turbaꝝ in celo dicencium. Alleluia. Laus et glia et virtus deo noſtro ⁘ multa
eſt quia vera et iuſta iudicia eius ſunt quia iudicavit de meretrice magna que corrupit terram in proſtitucio
ne ſua et vindicavit ſanguinē ſervoꝝ de manibus eius et iteꝝ dixerunt alleluia. ꝛ fumus eius aſcendit
in ſecula ſclōꝝ et ceciderunt ſeniores .xxiiii. et quatuoꝛ animalia et adoraverunt deum ſedentem ſup thronū
dicentes amen. Alleluia et vox de throno exivit dicens. Laudem dicite deo nr̄o omnes ſcī eius et qui timetis
eum puſilli et magni et audivi quaſi vocem tube multe et ſicut vocem aquaꝝ multaꝝ et ſicut vocem tonitru
oꝝ magnoꝝ dicencium alleluia quoniam regnavit dominus deus nr̄ omnipotens gaudeam⁹ et exultemus et
demus gloriam nomini eius quoniam venerunt nuptie agni et vxoꝛ eius ꝑparavit ſe et datum eſt illi byſſinum ut cooperia
ſplendens candidum byſſinum enim iuſtificationes ſunt ſcōꝝ et rel'. Hec enim omnia licet predicta ſint defutura poſt byſſini
reſurrectionem tamen ea iam nunc ex parte canit eccl'ia ſpe iam ſalva facta. Tunc aūt perfecte cum diſſeſſio fac
ta fuerit et cum apertius vindicata poſt univſale ergo iudicium dn̄i ſeparabunt penitus oves ab hedis et ibunt
in ſupplicium eternum iuſti autem in vitam eternam nunc quidem ſanctoꝝ anime poſt mortem in paradiſum vadunt
et impioꝝ in penam domino manifeſtante in paupere et divite ſed corpa finem mūdi exſpectant et dantur nunc
iuſtis ſingule ſtole albe cum in animab⁹ ſuis requiem percipiunt eternam. Tunc aūt dabunt bine ſtole quando
corpa eorum immortalitate dedita ſimul cum animabus regnū accipient ſempiternū. Nuptie ergo tunc vere
apparebunt agni cum tota eccl'ia domino in thalamo regni celeſtis ſociabitur et tunc pfecte iſtud ſequentia
bitur canticum quando tocius eccl'ie gaudium erit pfectum. Hec ergo duo vba ebraica id eſt alleluia ꝛ amē
cum interpretari queant. Nam alleluia. Laudate dominū interpretatur. Amen quoqꝫ in fidem ſive veritatē
transfertur propter reverenciam tamen ſanctitatis prima illis lingue ſervatur auctoritas atqꝫ alleluia in do
minicis diebus totoqꝫ quinquageſime tempore propter ſpem reſurrectionis que in domino eſt laude futura
continue canit eccl'ia amen vero propter inpetrandam eandem perpetuam vitam. immo omne bonū quod in pre
ſenti ſive in futuro a domino optat accipere ad ſacerdotis deprecationem ſeu benedictionē rite devota reſpō
det fidelium. Apte ergo conveniunt ſancte cum harum dictionum diſpoſicio quia primum omniū rerum in laudem
domini admirata eſt confeſſio angelorum adimpletur numerus celeſtis augetur exercitus ſanctoꝝ congregatur
populus eciam eis inde conceditur aditus et vetuſta diſſolvitur malediccio quia nova conditur benediccio
vnde in memorato libro .xxiiii. ſeniores et iiii. animalia. agno decantabant canticum novū dicentes dignus
es dn̄e deus accipere librum et aperire ſignacula eius quoniam occiſus eſt et redemiſti nos deo in ſang
ue tuo ex omni tribu et lingwa et populo et nacione et feciſti nos deo nr̄o regnum et ſacerdotes et reg
nabunt ſup terram. Et vidi et audivi vocem angloꝝ multoꝝ in circuitu throni et animaliū et ſenioꝝ et erat
numerus eoꝝ milia miliū dicenciū voce magna. Dignus eſt agnus qui occiſus eſt accipere virtutē et di
vinitatē et ſapienciam et fortitudinē et honoꝛē et gloriam et benedictionem et omnē creaturā que in
celo eſt et ſup terram et ſubtus et que ſunt in mari et que in eo omnes audivi dicentes ſedenti in throno
et agno. Benediccio et honoꝛ et glia et poteſtas in ſecula ſeculoꝝ et .iiii. quatuoꝛ animalia dicebant amē.
Eſt aūt uſus hic in alleluia ſcriptus et pſeriem litterarum euſdem dictionis ita legendus. Crux eciam
dei es. laus vivis marie polorum. Amen quoqꝫ in .iiii. litteris ſuis quatuoꝛ cornua crucis primum
incipit alleluia octo complenda ⁘

Ergo prophetarum venete crux famen honorat.
Praedicat exaltat resonat tua facta futura.
Inſpirata ſacro tunc plebs qod protulit ore.
Spiritus et ſanctus illis mandauerat intus.
Omnia cum Criſtum reparare loquntur et inte.
Confixum dominum concedere regna benignis.
Dauid per foſas illu hic palmasque pedeſque.
Dixerat atqe cibo fel tradi et poculo acetum
Deque tuo ligno regem aſſerit omnibus ipſum
Huic puero humeris tes ſc imperiū orat eſayas.
Corpus percuſſum manuum extenſum ore beato.
Conſputam faciem perpendens funus et altum
Atq; leuatam adte diſperſos currere iſrahel.
Hyeremyas agnum deſcribit ceu holocauſtum
Adtractum ſine uoce pium lignaque cibandum
Hyezechiel cernit t uiſu tau grammate ſignua.
Eruere plebem atq; crucis ducentis ad inſtar.
Sic tu ſancta ſalus uirtus es ylſa prophetis.
Es placita ſuperis crux huic es nauita mundo.
Nam daniel criſtum dixit hic plebe ab iniqua.
Multandum et finem dehinc noxia tota tenere.
Oſee ſaluandum populum mortis quoque morte.
Praedicat atqe iohel illa praedixerat hora.
Et ſolem et ſtellas lucem non fundere terris.
Occidem et infauſta feſta praedixerat amos.
Abdias inſidias ionas quoque funera finxit.
Mycha dei montem naum nunciat ulcio quid ſit.
Cornua ſancta crucis amba cum praedicatore.
Sofonias que diem dudum domini audit amaram
Aggeus hinc qe polos dixit terramque moueri.
Zacharias ieſum renotat per ſordida ueſtis.
Plagas in manibus fixas plangere que multos.
Malachias cernit ſummum dominare per orbem.
Ardenti que rogo mundum et ſudare miniſtros.
Haec tua facta probren dicebant ore priores.
Crux alma pates haec edidit auctor in hisque.
Tu pia compleras haec o omnia paſſio chriſti.

In hac quippe pagina libuit testimonia quedam prophetarum dictis congregare que de passione Christi prophetata sunt et ad laudem crucis gloriam pertingerent. Et licet multa inveniri possint tamen propter opusculi brevitatem a nobis omnia denotari non potuerunt. Sed ea tantum introduximus que dictanti animus in mentem venerunt et querente facilius inveniri poterant. David ergo propheta ac psalmista multa hymnilogiorum suorum testimonia huic devotioni passionis domini tradidit. In psalmo .xxi. de persona Christi. Foderunt manus meas et pedes meos dinumeraverunt omnia ossa mea. Ipsi vero consideraverunt et conspexerunt me, diviserunt sibi vestimenta mea et super vestem meam miserunt sortem. Et item in psalmo .lxviii. Et dederunt inquit in escam meam fel et in siti mea potaverunt me aceto. Et quod in ligno passurus esset in psalmo .xcv. ostendit dicens. Commoveatur a facie eius universa terra. Dicite in nationibus dominus regnavit a ligno et reliqua. Esayas quoque hinc ait. Parvulus enim natus est nobis et factus est principatus super humerum eius et reliqua. Et item In die illa erit radix Iesse qui stat in signum populorum. Ipsum gentes deprecabuntur et erit sepulchrum eius gloriosum. Et paulo post. Elevabit inquit signum in nationibus et congregabit profugos Israel et dispersos Iuda colliget a .iiii. plagis terre et reliqua. Et item Dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrum. Oblatus est quia ipse voluit et non aperuit os suum. Sicut ovis ad occisionem ducetur et quasi agnus coram tondente se obmutescet et non aperiet os suum. Et item ex persona domini dicit. Corpus meum dedi percutientibus et genas meas vellentibus. Faciem meam non averti ab increpantibus et conspuentibus in me et reliqua. Et iterum. Expandi manus meas tota die ad populum incredulum qui graditur in via non bona post cogitationes suas. Hieremias autem ex persona domini dicit. Ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimam et non cognovi quod cogitaverunt super me consilia dicentes. Mittamus lignum in panem eius et eradamus eum de terra viventium et nomen eius non memoretur amplius. Et item. Spiritus inquit oris nostri Christus dominus captus est in peccatis nostris. Hiezechiel quoque signaculum crucis in signum .T. littere expressit dicens. Et vocavit ad virum qui indutus erat lineis. Transi per mediam civitatem in medio Ierusalem et signa thau super frontes virorum gementium et dolentium super cunctis abhominationibus que fiunt in medio eius et reliqua. Et bonum illum pastorem exprimens qui posuit animam suam pro ovibus suis. ait. Hec dicit dominus. Ecce ego ipse requiram oves meas et visitabo eas sicut visitat pastor gregem suum in die quando fuerit in medio ovium suarum dissipatarum. Sic visitabo oves meas et liberabo eas de omnibus locis in quibus disperse erant in die nubis et caliginis et educam eas de populis et congregabo eas de terris et inducam eas in terram suam et pascam eas in montibus Israel. Et paulo post. Ego inquit pascam oves meas et eas accubare faciam dicit dominus. Quod perierat requiram et quod abiectum erat reducam et quod fractum erat alligabo et quod infirmum erat consolidabo et quod pingue et forte custodiam et pascam illas in iudicio. Daniel vero certissimus chronographus temporis incarnationis domini et redemptionis nostre fidelium intimavit angelo se hoc revelante. Septuaginta inquid ebdomade abbreviate sunt super populum tuum et super urbem sanctam tuam ut consummetur prevaricatio et finem accipiat peccatum et deleatur iniquitas et adducatur iustitia sempiterna et impleatur visio et prophetes et unguatur sanctus sanctorum. Scito ergo et animadverte ab exitu sermonis ut iterum edificetur Ierusalem usque ad Christum ducem ebdomade .vii. et .lxii. erunt. Et paulo post subiunxit ita et post ebdomadas .lxii. occidetur Christus et non erit eius. Et civitatem et sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo. Et ut ostenderet illam ebdomadam annorum excellere ceteris in qua Christus evangelium predicavit et miracula fecit in qua et passus est et resurrexit a mortuis. Seorsum locutus ait. Confirmabit autem pactum multis ebdomada una et in dimidio ebdomadis deficiet hostia et sacrificium et in templo erit abhominatio desolationis et usque ad consummationem et finem perseverabit desolatio. Osee quippe devotione gentium et condempnatione crudelis populi congregate manifestissime predicat. Et erit inquit in loco ubi dicitur non populus meus vos dicetur eis filii dei viventis et congregabuntur filii Iuda et filii Israel pariter et ponent sibimet caput unum et reliqua. Et de receptione nostra ab inferis mortisque interitione per passionem domini tradidit dicens. De manu mortis liberabo eos et de morte redimam eos. Ero mors tua o mors. Ero morsus tuus inferne. Iohel namque horam dominice passionis et salvationem fidelium demonstrans dicens. Sol et luna obtenebrati sunt et stelle retraxerunt lumen suum et dominus de Syon rugiet et de Ierusalem dabit vocem suam et movebuntur celi et terra et dominus spes populi sui et fortitudo filiorum Israel et scietis quod ego dominus deus vester habitans in monte sancto meo et erit Ierusalem sancta et alieni non transibunt per eam amplius et reliqua. Hinc et Amos ait. Et erit in die illa dicit dominus. Occidet sol meridie et tenebrescere faciam terram in die luminis et convertam festivitates vestras in luctum et omnia cantica vestra in planctum et reliqua. Et paulo post. In die illa inquit suscitabo tabernaculum David quod cecidit et reedificabo aperturas murorum eius et ea que corruerant instaurabo et cetera. Abdias autem dolos inde orum contra dominum expressit et edicens salvationem omnis inquit viri federis tui illuserunt tibi invaluerunt adversum te viri pacis tue et qui comedent tecum ponent insidias super te et reliqua. Et paulo post In monte inquit Syon erit salvatio et erit sanctus et possidebit domus Iacob eos qui se possederant. Et item. Et ascendent salvatores in montem Syon iudicare montem Esau et erit domino regnum. Ione quoque prophetie dominus ipse ostendit dicens. Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus et tribus noctibus ita erit filius hominis in corde terre. Michea quoque conventum populorum ad Christum predicat ipsum Christum montem domini et ducem ostendens. In novissimo igitur dierum erit mons domus domini in vertice montium et sublimis super colles et fluent ad eum populi et properabunt gentes multe et dicent. Venite ascendamus ad montem domini et ad domum dei Iacob et docebit nos de viis suis et ambulabimus in semitis eius et reliqua. Et tu Bethlehem Effrata parvulus es in milibus Iuda. Ex te enim egredietur dux qui sit dominator in Israel. Egressus eius ab initio a diebus eternitatis et cetera. Naum vero ultorem dominum predicat inimicis et bonum piis et amicis. Deus igitur emulator est et ulciscens dominus et habens furorem ulciscens dominus in hostes suos et irascens ipse inimicis suis. Dominus patiens et magnus fortitudine et cetera. Et item pietatem ostendens ait. Bonus dominus et confortans in die tribulationis et sciens sperantes in se. Abacuc luctator fortis et rigidus stat super custodiam suam et figit gradum super munitionem et cetera ut Christum in cruce contempletur et dicat. Operuit celos gloria eius et laudis eius plena est terra. Splendor eius ut lux erit. Cornua in manibus eius ibi abscondita est fortitudo eius. Sofonias propheta adventum diei domini narrat et horam passionis eius et resurrectionis. Iuxta est inquit dies domini magnus iuxta et velox nimis. Vox diei domini amara tribulabitur ibi fortis et paulo post. Et tribulabo homines ait et ambulabunt ut ceci quia domino peccaverunt. Et item. Quapropter expecta me dicit dominus in die resurrectionis mee in futurum quia iudicium meum ut congregem gentes et colligam regna et cetera. Aggeus desideratum cunctis gentibus adhuc modicum est dicit dominus et ego commovebo celum et terram et mare et aridam et movebo omnes gentes et veniet desideratus cunctis gentibus et implebo domum istam gloria dicit dominus exercituum. Zacharias vero [illegible] domini sui [illegible] Iesu in vestibus sordidis et lapidem oculorum vii. candelabrum quoque aureum cum [illegible] lucernis [illegible] ex persona domini appenderunt mercedem meam .xxx. argenteos. Et item Et effundam super domum David spiritum gratie et precum et aspicient ad me quem confixerunt et plangent eum planctu quasi super unigenitum et reliqua. Et item. Adam exemplum meum ab adolescentia mea. Et dicetur quid sunt plage iste in medio manuum tuarum et dicet his plagatus sum in domo eorum qui diligebant me. Framea suscitare super pastorem meum et super virum coherentem mihi dicit dominus exercituum. Percute pastorem et dispergentur oves gregis. Et item. Et erit dominus rex super omnem terram in die illa erit dominus unus et erit nomen eius unum. Malachias salubrem adventum domini narrat et statim igitur veniet ad templum suum dominator et angelus testamenti quem vos vultis. Ecce venit dicit dominus exercituum et quis poterit cogitare diem adventus eius et quis stabit ad videndum eum. Ipse enim quasi ignis conflans et quasi herba fullonum et sedebit conflans et mundans argentum et purgabit filios Levi et colabit eos quasi aurum et quasi argentum et erunt domino offerentes sacrificia in iustitia et placebit domino sacrificium Iuda et Ierusalem et reliqua. Est quoque versus iste scriptus .xxxvi. litteris. Es planta superis crux hinc es nauta mundo. Cui addendum hexameter est et reciprocus nulla excepta sillaba fit idem pentameter.

* et filius datus est nobis

* deo

Nec minus ergo tua cuſtodit iura caracter.
Rite noui teſtamenti et pia munera pandit.
Quae deus altus homo diuinus detulit orbi.
Verte crux ſacra voto veneranda frequenti.
Promiſum complens et vtrax dogmata vatum
Se dominum teſtans legis veteriſ qꝫ nouaeqꝫ
Qui geminum mundo pare verbo fecit abyſum
Nos hylara tactu lacians voto anteriores.
Qui ſolabatur verax bonus omnibus aequus.
Inde qe apoſtolicus iuſte per famina fida.
Alma tropaea tua ſermo crux laudat vbique.
Princeps orbe ſonat eximo pectore petrus.
Taliter en laudes fatu pius optime dicens.
Eſt fratres chriſtꝰ pro vobis ſtipite paſcꝰ
Exemplum tradens clarum veſtigia qo d uos.
Eius pergatis cuius ſacra vulnera ſanant.
Hinc credo accipiat orantis famina ieſus.
Si doni ſucei et ſi honos arte mibi ter odis.
Ipſe quia mitis non ſordent munera haec ei.
Aſt iacobus hinc nos hortatur famine puro.
Exemplum ponens chriſtum de fine laborum
Hincqꝫ monet ſcribens alꝯ dux ore iohannes.
Caſtus amor maneat et ſobria vota ſerenet.
Ieſus ut eſt paſſus deuote propter amorem
Sic nos mente pia ſocio patiamur amore hic.
Ieſum per typicum pie verum pſallit ieſum
Iudas ductor emet peſſum fidis et iniquis.
Pauxillum haud paulus orauit temet in ore.
Crux ſacra cum dixit se iam neſcire loqꝫ lam.
Te ſine nec laudem ſcire dare faucibꝰ ullam.
In caelis terris magnum per tartara nomen.
Te propter criſti ſpondet ſat rite valere.
Dic et apoſtolicꝰ laudat concorditer ordo.
Vatibus antiqis coniungis cuncta rapina.
Paſſio ſancta pie ieſu per ſaecula criſti.

Novi autem testamenti tam copiosa sunt exempla scripturarum de salutifera domini nostri passione et cruce ut non facile de tanta multitudine quis testimonia eiusdem rei excerpere queat quia quae potissimum eligat nesciat cum tot sint quot in unum libellum congregari nequeant et omnia tantae dignitatis ut quae manifestiora de his sint et probatiora in primis digne estimare possint. Sed sicut veteri testamenti in superioribus libris aliqua excerpsimus quae presagio futurae et non dum completae passionis domini essent ita et ex novo ea tantum excerpamus quae ad sanctae crucis magnificentiam et laudem predicandam conveniant et quae ad bonitatem creatoris et nostram redemptionis nostrae pretium liberatione glorificandam pertineant. Ea enim quae illi predixerant futura isti predicant facta atque completa. Utriusque enim testamenti sanctae crucis predicatori conveniunt actus quia utriusque dispensator et mediator est Christus. Ipse ergo qui invisibiliter per inspirationem spiritus sui prophetarum mentes regebat visibile corpus assumens verbis et exemplis apostolos docebat. qui per patriarchas ipsis suam salutem et vitam promisit ipse homo factus per vias suae potentiam promissionem complevit. Unde dicit per prophetam. Confortate manus dissolutas et genua debilia roborate. Dicite pusillanimis confortamini nolite timere ecce deus noster ultionem adducet retributionis deus ipse veniet et salvabit nos. Tunc aperientur oculi caecorum et aures surdorum patebunt. Tunc saliet sicut cervus claudus et aperta erit lingua mutorum et reliqua. Ipse prophetiam iam factum ostendit cum dicit apostolus petrus. Vos scitis viri fratres quod factum est per universam iudeam incipiens enim a galilea post baptismum quod predicavit iohannes Ihesum a nazareth quomodo unxit eum deus spiritu sancto et virtute qui pertransiit benefaciendo et sanando omnes oppressos a diabolo quoniam deus erat cum illo et nos testes sumus omnium quae fecit in regione iudeorum et ierusalem quem occiderunt suspendentes in ligno hunc deus suscitavit tertia die et dedit eum manifestum fieri non omni populo sed testibus preordinatis a deo nobis qui manducavimus et bibimus cum illo postquam resurrexit a mortuis et precepit nobis predicare et testificari quia ipse est qui constitutus est a deo iudex vivorum et mortuorum. huic omnes prophetae testimonium perhibent remissionem peccatorum accipere per nomen eius omnes qui credunt in eum. Tale quid et in epistola sua idem petrus ait. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est iustus pro iniustis ut nos offerret deo mortificatos quidem carne vivificatos autem spiritu. Et item Christus inquit passus est pro nobis vobis relinquens exemplum ut sequamini eius vestigia et paulo post subiunxit. Tradebat autem iudicanti se iniuste qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum ut peccatis mortui iustitiae viveremus cuius livore sanati estis.

Iacobus quoque frater domini eandem exemplum nos hortatur dicens. Exemplum accipite fratres laboris et patientiae prophetas qui locuti sunt in nomine domini nostri Ihesu Christi. Ecce beatificamus qui sustinuerunt sufferentiam iob audistis et finem domini vidistis quoniam misericors dominus et miserator et iohannes apostolus confidentiam eandem eius nobis tribuit dicens. Filioli mei haec scribo vobis ut non peccetis sed et si quis peccaverit advocatum habemus apud patrem Ihesum Christum iustum et ipse est propitiatio pro peccatis nostris non pro nostris autem tantum sed etiam pro totius mundi. Et item in hoc cognovimus caritatem dei quoniam ille pro nobis animam suam posuit et nos debemus pro fratribus animas ponere. Iudas autem apostolus et frater iacobi sub exemplo iesu successoris moysi demonstravit Ihesum Christum eduxisse nos per crucem de spirituali egypto id est de potestate tenebrarum et incredulos perdidisse ita dicens. Commonere autem vos volo scientes semel omnia quia iesus populum de terra egypti salvans. secundo eos qui non crediderunt perdidit. Angelos vero qui non servaverunt suum principatum sed dereliquerunt suum domicilium in iudicium magni diei vinculis eternis sub caligine reservavit. Apostolus vero paulus et doctor gentium qui non minimus omnium apostolorum est in vocatione sed plus omnibus laboravit tam multiplex est in locutione sua commendans nobis Christi passionem et crucem et redemptionem per sanguinem eius et dominationem eius in celis et in terris ut pene totus in hoc versetur. Sed quia ab hac laude excipi non oportet quia etiam omnibus plurimum de ea scripsit et tam idoneus est in illa ut non facile in brevem constringi possit certis premissis ea tantum quae de cruce specialiter usurpavit ponamus testimonia. Dicit ergo ad Cor. Non enim misit me Christus baptizare sed evangelizare non in sapientia verbi ut non evacuetur crux Christi. Verbum enim crucis pereuntibus quidem stultitia est his autem qui salvi fiunt id est nobis virtus dei est et reliqua. Et item. Non enim iudicavi me aliquid scire inter vos nisi Christum Ihesum et hunc crucifixum. Item ad galathas ait. Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri Ihesu Christi per quem mihi mundus crucifixus est et ego mundo. Item ad ephesios. Ipse est pax nostra qui fecit utraque unum et medium parietem solvens inimicitias in carne sua legem mandatorum in decretis evacuans ut duos condat in semetipsum in unum hominem faciens pacem ut reconciliat ambos in uno corpore deo per crucem interficiens inimicitias in semetipso et reliqua. Item ad philippenses. Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem mortem autem crucis. Propter quod et deus illum exaltavit et donavit illi nomen quod est super omne nomen ut in nomine Ihesu omne genu flectatur celestium terrestrium et infernorum et omnis lingua confiteatur quia dominus Ihesus Christus in gloria est dei patris. Item ad colossenses maiestatem Christi predicans ait. In ipso condita sunt universa in celis et in terra visibilia et invisibilia sive throni sive dominationes sive principatus sive potestates omnia per ipsum et in ipso creata sunt et ipse est ante omnes et omnia in ipso constant et ipse caput corporis ecclesiae qui est principium primogenitus ex mortuis ut sit in omnibus ipse primatum tenens quia in ipso complacuit omnem plenitudinem divinitatis habitare et per eum reconciliare omnia in ipso pacificans per sanguinem crucis eius sive quae in terris sive quae in celis sunt. Et item dicit in epistola eadem donans nobis omnia delicta delens quod adversum nos erat chirographum decreti quod erat contrarium nobis et ipsum tulit de medio affigens illud cruci expolians principatus et potestates duxit confidenter palam triumphans eos in semetipso et in apocalipsi quoque pene laudes omnes et omnia cantica quae in eo sunt ex passionis Christi gloriam et gratiam redemptionis nostrae predicandam conveniunt cum de agno occiso qui in medio throni est septus ipse liber consignet. Sed de his testimonia hic aliqua ponere non necessarium iudicavimus quia in ceteris locis huius libri non pauca inseruimus. Sunt autem duo versus hic heroici in se crucis ymagine eisdem litteris conscripti quorum prior qui in longitudine crucis scriptus est hic. Si dote tibi metra sono his te iesus in nodis. Hic autem si eisdem litteris relegatur id est a fine usque ad initium eius facit hunc versum qui in transversa crucis scriptus est tinnite. Sidoniis ei et si honos artem ibit et odio. Qui per easdem litteras relectus redit in priorem eum scilicet qui in longitudine crucis est.

Omnipotens virtus maieſtas alta ſabaoth
Excelſus dominus virtutum ſumme creator.
Formator mundi hominum tu uere redemptor.
Tu mea laus uirt⁹ tu gloria cuncta ſaluſque.
Tu rex tu doctor tu es rector care magiſter.
Tu paſtor paſcens protector verus ouilis.
Portio tuqe mea ſancte ſaluator et auctor.
Dux via lux vita merces bona ianua regni es.
Vox ſeu ſenſus uerbum virtutum laeta propago.
Ad te direxi et cumulans nunc dirigo uerba.
Mens mea te loquitur mentis intencio tota.
Quicquid lingua manus orat et bucca beate.
Cor humile et uita iuſta ſacrata uoluntas.
Omnia te laudant et cantant criſte ſerene.
Namqe ego te dominum pronus et laetus adoro.
Atqe crucr demiſetuae hinc dico ſalutans.
Spem oroteramusaramaraſumaretoro hinc.
Hoc meus eſt ardor clarus hoc ignis amoris.
Hoc mea mens poſcit primum hoc tamen et ora.
Hoc ſitis eſt animi mandendi magna cupido.
Ut me tu pie ſuſcipias bone criſte per aram
Oblatum famulum qod uictima ſim tua ieſus.
Hoſtia qod tua ſimmem et crucifixio totum.
Iam tua conſumat et paſſio mitiget aeſtum
Carnalem vicia confringat deprimet iram
Refrenet linguam ptetatis uerba reponat.
Mentem pacificet vitam deducat honeſtam
Namque tuus quando toto fulgeſcet olympo.
Igneus aduentus torrebit et ardor iniqos.
Tempeſtas ſtridet carnu iam mugit et orbe.
Ante apparebit quando crucis aere ſignum
Tum rogo me eripiat flammis ultricib⁹ ipſa.
Atqe poeta magni proprium defendat ab ira.
Cui cano iure canam h … uus uerſibus ore.
Corde manu ſemper do … morabile cantu.
Quod dederat vitae me … menter inara.
Qando ipſa ieſus cle … o aberuit imo.
Inferni regiem nunc … arce polorum
Da mihi hoc poſco ſpero … a omnia credo.
Quae promiſiſti hoc ten … tate fideqe.
Quod uerax facis ordine … mnia uero.
I nunc ad ſuperos in caelis rite et triumphas.
Olans alma crucis ſemper ſine fine ualeto.



